Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108876-p0001-1

Be 2953.
8°

ULB Halle 3
004 058 321

19.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108876-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108876-p0004-7

סדר עולם רבא

hoc est,

Chronologia Hebræorum maior.

CVI ACCESSIT E REgione Gil. Genebrardi diuinarum Hebraicarumq; literarum profess. Regij uersio Latina.

Basileæ,
APVD AMBROS. FROBEN.
1580.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108876-p0005-3

K. PRED. SEM.
BIBLIOTHEK
ZU
WITTENBERG

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108876-p0006-8

DOCTISSIMO ET NOBILISSIMO D. IACOBO Billio, Prunæo, S. Michaelis in Eremo Cænobiarchæ Gil. Genebrardus Theologus Parisiensis diuinarum Hebraicarúmque literarum professor Regius.

QVONIAM te Hebraica nostra literatura delectat, ac varia rerum sacrarum historia afficeris, Prunæe doctissime, accipe hunc libellum mole quidem perexiguum, at argumento amplissimum. Res enim quatuor ferè millium annorũ maximas perstringit, quas antea Rabbinorum nemo satis apto distinctóque ordine explicauerat. Occurret fortasse aliquid controuersum, minusq́ certò & probatè constitutum, vt fieri non potest, quin in tanta temporis longinquitate multi nodi, vt in senili corpore, non enascantur: verùm id obiter indicabimus in nostra

ſaltem Chronographia, quam propediem locupletiſsimã, & ſi poſſumus, probè meditatam emittere ſtatuimus. Operis huius fructum exaggerando pluribus commemorare nolo, ne ſimul meam operam & ſtudium prædicare videar. Hoc vnum dicam, tanti ab Hebræorum doctoribus & magiſtris fieri, vt ſine eo cæca & incognita ſuorum ſcriptorum veſtigia non dubitent confiteri. Quod me ad ipſius interpretationem non tam auidè adduxit, quàm vt me olim fide diſcipulis noſtris data plenè liberarem. Memini me anno ab hinc quinto me voti reum conſtituiſſe, dum Seder Olam Zutá, id eſt, breuius Chronicon, Latinè ex Hebraico proferrem, vt maius exemplum, nempe Seder Olam Rabbá, è quo illud erat excerptum, ſiquidem alicunde nanciſcerer, etiam verterem, vt quod vno duntaxat fuerat indicatum, copioſiùs altero explanatum conſequeremur. Si auctoris nomen expectas, liber eſt anonymus, nec ſatis teneo, cuinam certò attribui debeat. Seculum mihi videtur

liquidius. Quanquam ne id quidem ſatis, quoniam obiter duntaxat citatur à Rabbinis quadringentorum annorum, vt Selomone Iarhi, Abben Eſra, Kimhi. Qui ex eo deſcripſit Zutá, circa annum milleſimum centeſimum vigeſimum quintum in Hiſpania vigebat, vt & R. Abraham Leuita Cabbalæ hiſtoricæ & aliorum librorum auctor, quando Alphonſus ſeptimus, qui ſe Imperatorem Hiſpaniarum appellauit, heroicis virtutibus clarebat, Saracenis Cordubam eripiebat, & ſæpius de illis triumphabat, vt proinde ab hoc poſteriore Rex regum cognominetur. An verò idem ſit vtriuſque Seder, breuioris ſcilicet & copioſioris, artifex, non facile affirmauerim. Hoc mihi probabile videtur, vtrumque, ſi modò duo fuerunt, eadem extitiſſe ætate, vel certè alterum alterius ætatem proximè attigiſſe. Quicquid ſit, methodus eſt recens, nec excedit, opinor, annum Domini milleſimum, ſententia autem vetus. Nihil enim hîc pronuntiatur, quod non vel Scripturæ

auctoritate constet, vel veterum doctorum, præsertim Talmudicorum traditione & testimonio sustentetur. Si quid fructus inde res literaria consequitur, id tibi totum acceptum ferat, cui nos hanc qualemcumque interpretationem in præsens dedicamus. Vale & Deum habe propitium, pridie Natalitiorum 1577.

CHRONOLOGIÆ HEBRAEORVM MAIORIS Caput I.

Interprete G. Genebrardo Theologo Parisiensi professore Regio.

AB Adam vsq; ad diluuium mille sexcenti quinquaginta sex anni, qui singulatim hoc modo numerantur. Adam huius summæ primos annos 130. præbet, quib. filiũ suum Seth antecessit. Seth annos 105. Enos 90. Cainan 70. Maalaleel 65. Iared 162. Enoch 65. Mathusale 187. Lamech 182. Noe denique annos 600. quot erat natus propinquante diluuio. Enoch Adamũ sepeliit, vixitq; post eum quinquaginta septem ann. Mathusale dies suos ad diluuium ipsum protendit. A diluuio ad diuisionem vsq; (gentium & linguarũ) 340. anni. Post hanc diuisionem Noe communis omnium parens annos decem vixisse comperitur. Abraham pater noster diuisionis tempestate attigerat 45. annum. Heber, vt scriptum reliquit Rabbi Iose, magnus fuit propheta, quoniam afflatu Spiritus sancti filium suũ Phaleg nominauit. Nam scribitur, Quia diebus eius diuisa est terra &cæt. Non quidem dierum vitæ eius initio. Nam certè Iectan frater eius natu erat minor, qui tamen tredecim cognationes siue stirpes & familiarũ capita, quæ in hanc venerunt diuisionẽ, procreauit. Non in medio. nam id minimè occultasset Mosaica Genesis historia, sed indicasset. Quod ergo ait dieb. eius diuisã fuisse terrã, ad finem dierũ & vitę ipsius pertinet. Abraham pater noster, quando ipsum Deus est colloquio suo dignatus inter diuidendũ victimas, peruenerat ad annum 70. Id liquet ex eo quod in Exodo legitur, Fuitq; in fine quadringentorũ 30. ann. vt egrederetur omnis exercitus domini de terra Ægypti. Post hoc colloquiũ descẽdit in Harã, ibiq; cõmoratus est an. 5. Hinc illud, Et Abram erat 75. ann. cũ egrederetur de Harã. A generali diuisione gentiũ ad Abrę exitũ

מאדם

עד המבול אלף ותרנ״ו שני׳ · וזה פרטן · אדם ק״ל · שת קה׳ · אנוש צ׳ · קינן ע׳ · מהללאל ס״ה · ירד קס״ב : חנוך ס״ה · מתושלח קפ״ז · למך קפ״ב · ונח בן שש מאות שנה וגו׳ · חנוך קבר את אדם וחיה אחריו נ״ז שנה · מתושלח מיצה ימיו עד המבול · מן המבול עד הפלגה ש״מ שנה · נמצא נח חיה אחר הפלגה עשר שנים אבינו אברהם היה בפלגה בן מ״ה שנה · א״ר יוסי נביא גדול היה עבר שקרא שם בנו פלג ברוח הקודש שנ׳ כי בימיו נפלגה הארץ וגו׳ · אם בתחילת ימיו והלא יקטן אחיו היה קטן ממנו והוליד י״ג משפחות ונתפלגו · ואם באמצע ימיו והלא לא באה לסתו׳ אלא לפרש · הא אינו או׳ כי בימיו נפלגה הארץ אלא בסוף ימיו · אברהם אבינו היה בשעה שנדבר עמו בין הבתרים בן ע׳ שנה שנ׳ ויהי מקץ שלשים שנה וארבע מאות שנה וגו׳ · לאחר שנדבר עמו ירד לחרן ועשה שם חמש שני׳ שנ׳ ואברם בן חמש שני׳ ושבעי׳ שנה בצאתו מחרן נמצא מן הפלגה ועד שיצא אברהם אבינו

de Haran anni viginti septem reperiuntur. Istis duodecim annis Sodomitæ & reliqui pentapolitani seruierunt Codorlaomer Elamitarum regi, tredecimo rebellarunt. decimo quarto ab eo superueniente superati sunt. Is ipse annus, quo exijt Abram pater noster de Haran est annus famis, cuius causa descendit in Ægyptum, vbi transegit tres menses. Deinde ascendens, redijt in terram Chanaan, seditque in Alone Mamre, quę in Hebron. Atque iste est annus, quo supradictũ Codorlaomerẽ & reliquos reges deuicit. Illic mansit annis decem priusquam duceret Hagarem. Nam scriptum, Accepitque Sara vxor Abram Hagarem Ægyptiam ancillam suam post annos decem, quàm habitare cœperat in terra Chanaan, & dedit eam viro suo vxorem, præterea scriptum extat, Abram autem octoginta sex annorum erat, quando peperit ei Hagar Ismalem. Ismael maior natu Isaaco reperitur annis quatuordecim. A diuisione gentium ad patris nostri Isaac ortum quinquaginta duo anni. Habitata fuit Sodoma quinquaginta vno annis. Ex illis floruit & beatè tranquilleque stetit tam ipsa quàm ipsius vicina oppida viginti sex. (Nam proditum est à Mose sicut paradisus domini & sicut Ægypti venientibus in Soar.) A diluuio, ad natiuitatem Isaac anni trecenti nonaginta duo, quorum hæc est singularis enumeratio. Istæ sunt generationes Sem. Sem centenarius erat & procreauit Arphaxad biennio post diluuium. Arphaxad triginta quinque annorum erat, dum genuit Sale. Sale triginta ann. Heber triginta quatuor. Phaleg triginta. Rehu 32. Sarug triginta. Nahor viginti nouem. Thare septuaginta. Abraham postremo centenarius erat, quando sustulit Isaac filium suum. Isaac pater noster peruenerat ad trigesimum septimum annum, quando super altare ligatus est. Abraham autem peregrinatus est in terra Philistinorum multis diebus. Hi dies superarunt eos, quibus hæsit in Hebron. Nam in Hebron mansit annis viginti quinque tantùm, at apud Philistinos annos viginti sex. Hoc ipso temporis articulo nata est Rebeca. Constat patrem nostrum Isaac accepisse in matrimonium Rebecam dum quartum decimum ageret. Pater noster Abraham Thare patrem suum sepelijt duobus annis ante mortem Saræ. Iacob pater noster ministrauit patri nostro Abrahæ annis quindecim & Patriarchæ Sem annis

מחרן כ״ז שנים הן הן שתים עשרה שנה עבדו את
כדר לעמר וי״ג שנה מרדו ובארבע עשרה שנה בא
כדר לעומר ׳ אותה השנה שיצא בה אבינו אברהם
מחרן היא היתה שנת הרעב וירד למצרים ועשה שם
שלשה חדשים ועלה ובא וישב באלני ממרא אשר
בחברון והיא השנה שכבש בה את המלכים ועשה
שם עשר שנים עד שלא נשא את הגר שנ׳ ותקח שרי
אשת אברם את הגר המצרית וגו׳ מקץ עשר שנים
לשבת אברם בארץ כנען וגו׳ ׳ וכתיב ואברם בן
שמנים שנה ושש שנים בלדת הגר את ישמעאל :
נמצא ישמעאל גדול מיצחק י״ד שנה׳ נמצא מן
הפלגה ועד שנולד אבינו יצחק נ״ב שנה : ישיבתה
של סדום נ״א שנה מהן שלוה והשקט היה לה
ולבנותיה כ״ו שנה׳ ומן המבול ועד שנולד יצחק שצ״ב
שנה : וזה פרטן אלה תולדות שם שם בן מאת שנה
ויולד את ארפכשד שנתים אחר המבול ארפכשד
לה׳ שלח ל׳ עבר לד פלג ל׳ רעו לב׳ שרוג ל׳ נחור
כ״ט ׳ תרח ע׳ ׳ ואברהם בן מאת שנה בהולד לו את
יצחק בנו : אבינו יצחק היה כשנעקד על המזבח בן ל״ז
שנה׳ ויגר אברה׳ בארץ פלשתי׳ ימי׳ רבים הימים הללו
מרובי׳ על של חברון שהיו עשרים וחמש שנה והללו
עשרים ושש שנה בו בפרק נולדה רבקה נמצא אבינו
יצחק נשא את רבקה בת י״ד שנה : אבינו אברהם
קבר את תרח אביו לפני מיתתה של שרה שתי שני׳
יעקב שימש את אבינו אברהם ט״ו שנה ואת שם

annis quinquaginta. Ex his colligitur omnibus, Iacob patrem nostrum versatum esse cum Sem annis 50. & Sem cũ Mathusale annis 98. & Mathusale cum Adamo 243. atque ita hos quatuor viginti duas generationes esse emensos. Quinimo septem sunt homines, qui metiuntur totã ipsius mundi durationem, Adam primus videlicet, Mathusale, Sem, Iacob, Amram, Ahaia Silonites, & Elias, qui adhuc est superstes & viuit.

Caput 2.

PATER noster Iacob, quando benedictionem patris est adeptus, complebat sexagesimum tertium annum, quo temporis puncto mortuus est Ismael, vt indicat iste locus. Videns Esau, quòd benedixisset Isaac Iacob, misissetq; eum in Mesopotamiam, vt inde vxorem duceret, quodque obediens Iacob patri suo isset in Syriam, probansq; Esau quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ismaelem & duxit vxorem Melech filiam Ismael filij Abrabraam sororem Nabaioth; Nam nisi mortuus fuisset Ismael, non erat operæpretium dicere Sororem Nabaioth. Cùm verò id pronuntiauit Scriptura, docuit Ismaelẽ quidem eam desponsasse ipsi Esau, posteaque esse mortuum: At Nabaioth fratrem matrimonium absoluisse, ipsique Esau suam sororem à patre desponsatam collocasse. Degit pater noster Iacob in terra Israel annos duodecim absconditus & ministrans Patriarchæ Heber. Heber autem decessit ex hac vita, postquam descendisset Iacob in Mesopotamiam. Iam à duobus annis egressus fuerat inde & peruenerat in Mesopotamiam. Cùm stetit ad puteum septuaginta septem erat annorum. viginti annis subsidit in domo Laban. Nempe septem, priusquam duceret matres Liam & Rachelem, septem alios ex quo eas duxit, sex deniq; postquam geniti sunt vndecim tribuum principes & Dina. Inueniuntur enim omnes tribuum Patriarchæ intra septẽ annos procreati, prętcr Beniamin, singuli singulis septem mensibus. Egressus est Iacob de Mesopotamia perueniensque in Succoth, ibi hæsit mensibus octodecim. Nam scriptum, Iacob venit in Succoth, vbi ædificata domo & fixis tentorijs appellauit nomen loci Succoth. Relicto illo loco, accessit Bethel, ibique est commoratus sex

חמשים שנה׳ נמצאת או׳ אבינו יעקב שמש את שם
ג׳ שנה ושם שמש את מתושלח צ״ח שנה ומתושלח
שמש אדם הראשון רמ״ג שנה נמצאת אומ׳ ארבעה
מתוך כ״ב דורות ושבעה בני אדם שקפלו את העולם
כולו ואלו הן אדם הראשון ומתושלח ושם ויעקב
ועמרם ואחיה השילוני ואליהו ועדיין הוא קיים:

פרק ב

אבינו יעקב היה בשעה שנתברך בן ס״ג שנה׳ בו
בפרק מת ישמעאל שנ׳ וירא עשו כי ברך
יצחק וגו׳ וישמע יעקב אל אביו וגו׳ וירא עשו כי רעות
וגו׳ וילך עשו אל ישמעאל וגו׳ שאין תלמוד לומר
אחות נביות ומה תלמוד לומר אחות נביות מלמד
שקדשה ישמעאל ומת והשיאה לעשו נביות אחיה:
עשה אבינו יעקב בארץ ישרא׳ י״ד שנה מוטמן ומשמש
את עבר׳ ועבר מת אחר ירידתו של יעקב אבינו
לארם נהרים שתי שנים יצא משם ובא לו לארם
נהרים׳ נמצא עומד על הבאר בן ע״ז שנה: וכ׳ שנה
עשה בבית לבן ז׳ עד שלא נשא את האמהות וז׳
משנשא את האמהו׳ ושש שני׳ אחר שנולדו י״א שבטי
ודינה נמצאו כל השבטים נולדו בז׳ שנים חוץ מבנימן
כל אחד ואחד לז׳ חדשים: יצא מארם נהרים ובא
לסוכות ועשה שם י״ח חדשים שנ׳ ויעקב נסע סכות׳
וגו׳ יצא מסוכות ובא לו לביתאל ועשה שם ששה

menses oblatis Deo sacrificijs. Inde digresso natus est Beniamin, mortuaq; Rachel. Eodem etiam tẽporis puncto vitam cum morte cõmutarunt Rebeca & Debora. Constat Rachelem egressam ex hac vita anno ætatis 36. Lia autem non excessit annum 46. Quin inueniuntur Rachel & Lia in matrimonium acceptæ anno ætatis 22. Nam eodẽ partu sunt æditę. Peruenit Iacob ad Isaac patrem suum in terram Chanaan, eiq; ministrauit 22. annis. At Ioseph nouẽ duntaxat cum auo est versatus. Istæ sunt generationes Iacob. Ioseph septemdecim erat annorum, quo tempore hoc reliquit seculum Lia. Descendit Ioseph in Ægyptum, & mansit apud Putipharem mensibus duodecim. Nam Scriptura proditum, A quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum & vniuersa, quæ ei tradita fuerant. Benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris cunctam eius substantiã. In ędib. quidẽ propter æstũ, in agris verò ꝓpter frigus. In carcere mansit annis 12. Vnde Psalmographus, Afflixerunt compedib. pedem eius, &c. donec venit verbũ eius &c. Anno 30. exijt de carcére. Nam legitur, Ioseph aũt triginta erat annorum quando stetit in conspectu Pharaonis & circuiuit omnes regiones Ægypti. Eo tempore obijt Isaac. Hinc septẽ anni vbertatis & duo anni famis. Ioseph, quãdo descenderũt patres nostri in Ægyptũ, agebat annũ 39. Leui autẽ erat annorũ 44. Sic inuenitur Ioseph à patre suo Iacob fuisse separatus, vt ei non ministraret, 22. annis. Quo temporis interuallo duxit Iuda filiam Suæ Chananęi, dicente Scriptura, Factũq; est illo tempore vt descenderet Iuda à fratrib. suis, videretq; ibi filiã hominis Chananęi vocabulo Suæ. Et accepta vxore ingressus est ad eã. Anno primo satus est Her, annis 7. educatus auctusq;, & accepit vxorẽ, Habes 8. annos. Annũ vnũ Her potitus est illo cõiugio, deinde Onan, q fratris relictã duxit, annũ alterũ. Anno sequẽti dictũ est Thamari, Sede vidua in domo patris tui. Anno præterea pòst impletũ est, quod eodẽ Genesis loco seqtur, Euolutis aũt multis dieb. mortua est Sue vxor Iudæ; Anno primo cõceptus Phares, qui postea creuit 7. annis, deindeq; vxorẽ accepit. En anni 18. Annus sequẽs fuit Hezronis postremus Hamol. Hezrõ aũt & Hamol descenderũt cũ eo in Ægyptũ. Simile est quod legitur, Harã genuit Lot. Quot annis Abrã ꝓuectior fuit Sarą? decẽ. nã sic scribitur, Et dixit

חדשים מקריב למקום ׳ יצא משם ונולד לו בנימן
ומתה רחל ובו בפרק מתה רבקה ודבורה : נמצאת
רחל מתה בת לו״ שנה ולאה לא עברה על מ״ד שנה :
נמצאו רחל ולאה נשאו בנות כ״ב כ״ב שהיו תאומות׳
בא לו אצל יצחק אביו ארצה כנען ושימשו כ״ב שנה
ויוסף שימשו ט׳ שנים : אלה תולדות יעקב יוסף בן
שבע עשרה שנה ׳ ובו בפרק מתה לאה ירד יוסף
למצרים ועשה בבית פוטיפרע י״ב חדשים שנ׳ ויהי
מאז הפקיד אותו וגו׳ בבית מפני החמה ובשדה מפני
הצינה : ועשה בבית האסורים י״ב שנה ׳ ענו בכבל
רגלו וגו׳ עד עת בא דברו וגו׳ בשנת ל׳ שנה יצא מבית
האסורים שנ׳ ויוסף בן שלשים שנה בעומדו וגו׳ ׳ בו
בפרק מת יצחק ושבע שני השבע ושתים שני רעב :
נמצא יוסף כשירדו אבותינו למצרים בן ל״ט שנה ולוי
בן מ״ד שנה ׳ נמצא שפירש יוסף מיעקב אביו שלא
שימשו כ״ב שנה : בתוך אלו השנים נשא יהודה את
בת שוע שנ׳ ויהי בעת ההיא וירד יהודה וגו׳ וירא שם
יהודה וגו׳ שנה אחת לעיבורו של ער ׳ הגדיל ער ז׳
שנים ונשא אשה הרי שמנה ׳ שנה אחת לער שנה
אחת לאונן שייבם שנה אחת לשבי אלמנ׳ בית אביך ׳
שנה אחת לוירבו הימי׳ ותמת בת שוע שנה אחרת
לעבורו של פרץ הגדיל פרץ ז׳ שנים ונשא אשה הרי
י״ח שנה אח׳ לחצרון שנה אחת לחמול וחצרון וחמול
ירדו עמו למצרים : כיוצא בו אתה או׳ הרן הוליד את
לוט ׳ כמה גדול אברהם משרה עשר שנים שנ׳ ויאמר

in corde suo, Nunquid centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Abraham autem duntaxat superauit anno Nachorem. Et Nachor altero fratrem suum Haran, qui post septennium ab ablactatione accepit vxorem, anno certè vitæ octauo; hinc natus est Lot, sequenti demum anno Ieſcha, quæ & Sara. Vocata verò est Sara Ieſcha, à conspiciendo, quoniam eam omnes intuebantur, pulchritudinis gratia. Hinc illud, Et laudauerunt eam apud Pharaonem. Vel etiam quia cernebat futura, attentaque erat ad prophetiam, quod indicauit Deus Abrahæ, Quicquid (inquit) dixerit tibi Sara, fac & audi vocem eius. quia in Isaac tibi vocabitur semen. Pater noster Abraham hora circumcisionis suæ erat annorũ nonaginta nouem, vt his verbis Scripturæ declaratur, Abraham autem nonaginta nouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij sui: vita verò fungitur centesimo septuagesimo quinto ætatis anno. Sara moritur anno vitæ suæ 127. Eò enim pertinet illud Genesis, Et fuit vita Saræ centum viginti septẽ annorũ & mortua est in ciuitate Arbee. Isaac moritur 180. anno. Iacob 147. dicente Scriptura, Factique sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum.

Caput 3.

DICTVM est Abrahæ dum diuideret victimas, Cognoscendo cognosces quia peregrinum erit semen tuum quadringentis annis. Quodnam verò semen? Isaac, de quo pronuntiatum, In Isaac vocabitur tibi semen. Quæ promissio contigit anno vno ante eius ortum. Deinde Isaac legitur sexagenarius, quãdo procreauit Iacob & Esau. Iacob autem testificatus est apud Pharaonem, dies suę peregrinationis peruenisse ad annos 130. qui omnes summam 190. exhibent. Restant igitur 210. qui exprimuntur annis vitæ Iob, illa tẽpestate orti. Quod sic demõstrari potest. Vixit Iob (ait Scriptura) post flagella hæc 140. annis. Cũq; pręmissum sit, Et addidit Dominus omnia, quæcunq; fuerãt Iob, duplicia, ante flagella attigisse eum oportet annũ 70. sicq; constat quando descenderunt Israelitæ in Ægyptũ natum fuisse Iob, quãdo aũt ex Ægypto ascenderũt, iam mortuũ. Sed fortasse inquies, totis 400. annis fuerunt Israelitæ in Ægypto. At nõne Caath fuit de descẽdentib. in Ægyptũ: Nõne etiã scriptũ est, Anni vitę Caath 133. & anni vitę Amram

בלבו הלבן מאה שנה יולד ואם שרה הבת תשעים
שנה תלד: כמה אברהם גדול מנחור שנה כמה נחור
גדול מהרן שנה׳ הגדיל הרן ו׳ שנים ונשא אשה הרי
ח׳ שנה אחת ללוט שנה אחת ליסכה שהיא שרה
ולמה נקר׳ שמה יסכה שהכל סוכין בה שנאמ׳ ויהללו
אותה אל פרעה: ד״א יסכה שהיתה סוכה בנבואה
שנ׳ כל אשר תאמר אליך שרה וגו׳ אבינו אברהם
היה בשעה שמל בן צ״ט שנה שנ׳ ואברהם בן תשעים
ותשע שנה בהמלו וגו׳ ומת בן קע״ה שנים ושרה מתה
בת קכ״ז שנה שנ׳ ויהיו חיי שר׳ וגו׳ יצחק מת בן ק״פ שנה
ויעקב מת בן קמ״ז שנה שנ׳ ויהיו ימי יעקב שני חייו וגו׳

פרק ג

נאמר לאברהם אבינו בין הבתרים ידוע תדע כי גר
יהיה זרעך וגו׳ ואי זה זרע זה יצחק שנ׳ כי
ביצחק יקרא לך זרע וביצחק הוא א׳ ויצחק בן ששים
שנה בלדת אותם: ואבינו יעקב אמר לפרעה ימי שני
מגורי שלשים ומאת שנה וגו׳ הרי ק״ץ נשתיירו שם
ר״ו שני׳ סימן שנותיו של איוב שבאותו פרק נולד שנ׳
ויחי איוב אחרי זאת ק״מ שנה׳ ואו׳ ויסף ה׳ את כל
אשר לאיוב למשנה: נמצאת או׳ כשירדו ישראל
למצרים נולד איוב וכשעלו מת או יכול כל ת׳ מאות
שנה היו ישראל במצרים והלא קהת מיורדי מצרים
היה וכתיב ושני חיי קהת קל״ג שנה ושני חיי עמרם

rū 137.qui ad 80.Mosis additi,duntaxat reddūt annos 350. Tot .n. natus erat Moses, cùm Israelē ex Ægypto eduxit. Quid,igitur respondendū? Quo pacto hęc inter se cōciliandę? Nēpe quod dicitur, Et seruient eis & affligēt eos 400. annis, docet totū tēpus quo semē Abrahę fuit in terra non sua comprehēsum quadringentis annis. Dum ait, Seruient, respicit dies seruitutis. dum verò, Affligent, dies quibus oppressi afflictiq; sunt à Pharaone, qui quidē omnes, (ab Isaac nato & versato cū suo semine in aliena ditione vsq; ad Mosis liberationē) 400. annos cōplent. Mortuus aūt est Ioseph & cuncti eius fratres. Ioseph mortuus est anno vitæ 110. Nec est qui minus diu vixerit inter omnes fratres, quēadmodū nullus est qui inter eos diutius vixerit ipso Leui. Quandiu Leui fuit in viuis, Israelitæ nō sunt oppressi Ægyptiorū seruitute. Nā scriptū, Mortuusq; est Ioseph & cuncti fratres eius, surrexitq; rex nouus qui nō cognouit Ioseph. Postq̄ uerò fatis Leui cōcessit, cœperunt Ægyptij seruituti eos subijcere. hinc manauit prouerbiū, Vno fratrū mortuo dolēt cūcti fratres, vno sociorū fatis functo, dolet vniuersa societas. Filij aūt Israel creuerūt & quasi germinātes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleuerūt terrā. Surrexit interea rex nouus &c. numerātur anni ab obitu Leui ad exitū Israelis de Ægypto 116. Proinde seruitus Ægyptiaca nec plus nec minus 87. annis durauit, quantus fuit annorū Mariæ sororis Mosis numerus. Vnde Maria appellata est ab amarore (quē tota ipsius ætate senserūt). Plagæ Ægypti 12. fuêre mensiū. Nā scriptū, Et dispersus est populus in omnē terrā Ægypti ad colligēdas paleas. Quando verò itū est ad paleas? In mense Iiar siue Aprili, ipsi verò exierūt ex Ægypto mēse Nisan, q̄ est Martius. Percussi sunt vicissim Ægyptij 10. plagis p̄ 12. menses. (Sic) Plagæ Iob 12. fuerūt mēsiū. Nā in eius lib. cōmemoratū est, Hęreditare factus sum menses vanitatis, & noctes laboris cōstituerūt vel numerarunt mihi. Sicut noctes cōstitutę fuêre & numeratę, ita & menses. Iudiciū Gog futuris tēporib. 12. quoq; mēsiū erit. Eò.n. pertinet istud Esaiæ, & æstiuabit sup eo ales, cūctaq; bestia agri sup eo hyemabit. Iudiciū impiorū in Gehēna tot vigebit mēsib. Nā scriptū, A mēse in mēsē, & à sabb. in sabb. &c, R. Iohanan Nuri filius à Paschate interpretatur ad octauā eius, q̄a additū est, & à sabbato in sabbatū. Post duodecim mēses præuaricatorum Israelis, qui violauerunt legem &

præ-

קל״ז שנה ופ׳ שנים של משה הרי ש״נ שנה: אלא מה תלמוד לומר ועבדום וענו אותם ת׳ שנה ללמדך שכל זמן שזרעך בארץ לא להם ת׳ שנה: ועבדו׳ אלו ימי השעבוד וענו אותם אלו ימי העינוי וכולם ת׳ שנה׳ וימת יוסף וכל אחיו: יוסף מת בן ק״י שנה אין לך בכל השבטים שקצר ימים פחות מיוסף ואין לך בכל השבטים שהאריך ימי׳ יותר מלוי׳ וכל זמן שהיה לוי קיים לא נשתעבדו ישראל למצרים שנ׳ וימת יוסף וכל אחיו ויקם מלך חדש וגו׳: ומשמת לוי התחילו המצרי׳ לשעבדם׳ מכאן אמרו אחד מן האחים שמת ידאגו כל האחים אחד מן החבורה שמת תדאג כל החבורה: ובני ישראל פרו וישרצו וגו׳ ויקם מלך חדש וגו׳: נמצא משמת לוי ועד שיצאו ישר׳ ממצרים קי״ו שנה ואין השעבוד יותר על כן ולא פחות מפ״ז שנים כשנותיה של מרים׳ ולמה נקרא שמה מרים על שם מירור: מכות מצרים י״ב חדשים שנ׳ ויפץ העם וגו׳ אימתי דרכו של תבן באייר והם יצאו בניסן׳ לקו המצריים עשר מכות כל י״ב חדש: מכות איוב י״ב חדשים שנ׳ כן הנחלתי לי ירחי שוא ולילו׳ עמל מנו לי מה לילו׳ למנוי שלהן אף ירחים למינוי שלהן:

משפט נוג לעתיד לבוא י״ב חדש שנ׳ וקץ עליו העיט וכל חית השדה עליו תחרף׳ משפט רשעים בגיהנם י״ב חדש שנ׳ והיה מדי חדש בחדשו וגו׳׳ ר׳ יוחנן בן נורי א׳ מן הפסח ועד העצרת שנ׳ ומדי שבת בשבתו׳ לאחר י״ב חדש פושעי ישראל שעברו על התורה ועל

præcepta, animæ veteraſcent & corpus conſumetur, redigenturque in cineres. Et Gehenna eijciet eos foras, ventus autem diſperget ſubter plantas pedum iuſtorum. Nam pronuntiatum à Malachia, Et conculcabitis impios, (cùm fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die, quã ego facio, dicit Dominus exercituum.) Qui autem ſe ſepararũt à communione fidei, exempli gratia, hæretici, apoſtatæ, proditores populi Dei, hypocritæ, Epicurei, & qui terrorem ſui incuſſerunt in hac viuentium terra, item qui negarunt mortuorum reſurrectionem, & prædicarunt nõ eſſe legem traditam diuinitùs atque riſerunt ſapientum dicta, in ſua præſentia Gehennam ſera claudi cernent, intra eam luant vt pœnas in ſæculorum ſæcula. Scribitur enim, Egredientur & videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me. Præterea, quod grauius eſt, infernus veteraſcet, ipſi autem non veteraſcent. Hinc illud Pſalmi, Et forma eorum ad veteraſcendum in inferno ab habitaculo ſuo hoc eſt, propter habitaculum ſuum vetuſtate cõficiet formam eorum, & forma eorum erit ad infernum vetuſtate conficiendum. Quidnam huic rei cauſam attulit? Quia extenderunt manus ſuas in tabernaculum, ſicut ſcriptum eſt, ab habitaculo ſuo. Nec verò per tabernaculum ſiue habitaculum iſtud quicquam aliud intelligendum præter ædem ſanctuarij: Nam ſcripto proditum, Ædificando ædificaui domum tabernaculi tibi.

Caput 4.

DILVVIVM durauit menſes duodecim, vt liquet è diſcurſu hiſtoriæ Noe Nam cœpit anno ſexcenteſimo vitæ Noe. Vbi obſeruandum homines ætatis illius non frui æterna vita, ſed nec eſſe iudicatos ſiue damnatos, quoniam ſcriptum, Non iudicabit ſpiritus meus in homine in ſæculum. R. Ioſue tradit decimo ſeptimo die menſis ſecundi Iiar ſiue Aprilis, qui ſequitur Niſan ſiue Martiũ, quo productus eſt mundus, quo & hyades, ſiue oculus Tauri occidit, cœpiſſe diluuium. Ac Deum euertiſſe mundi ordinem, propterea quòd homines opera ſua ante ſe peruerterant. R. Eliezer mauult decimo ſeptimo die menſis ſecundi Marheſvan, ſiue Octobr. qui ſecundus eſt à Tizri ſiue Septembri, quo creatũ mundum aſſerit, quo & hyades ſiue oculus Tauri oritur, vt quod tẽpus ſit pluuiæ atq; imbriũ. Sapiẽtes

המצות נפשן כלה וגופן בלה והן נעשין אפר וגיהנם פולטתן והרוח מפזרתן תחת כפות רגלי הצדיקים שנאמר ועסותם רשעים וגו׳ : אבל מי שפירשו מדרכי צבור כגון הצדוקין והמסורות והחניפין והאפיקורוסין ושנתנו חיתיתם בארץ החיים ושכפרו בתחיית המתי׳ והאומרין אין תורה מן השמים ויהודי׳ המלעינין על דברי חכמים גיהנם נגלעת בפניהם ונידונין בתוכה לעולמי עולמים שנ׳ ויצאו וראו וגו׳ : ולא עוד אלא ששאול בלה והן אינן בלין שנ׳ וצורם לבלו׳ שאול מזבול לו מזבולו מבלה צורתם וצורתם לבלות לשאול ׳ מי גרם להם מפני שפשטו ידיהם בזבול שנאמר מזבול לו ואין זבול אלא בית המקדש שנאמר בנה בניתי בית זבול לך ׳

פרק ד

המבול היה כל י״ב חדש שנאמר בשנת שש מאות שנה לחיי נח וגו׳ : ודורו אינן חיין לעולם הבא ואינן נדונין שנא׳ לא ידון רוחי באדם לעולם : ר׳ יהושע א׳ בחדש השני בי״ז לחדש זה אייר שהוא שני לניסן שבו נברא העולם ובו כימה שוקעת ולפי ששינו את מעשיהן לפני המקום שינה עליהן סדר בראשית ׳ ר׳ אליעזר או׳ בחדש השני בי״ז לחדש זה מרחשון שהוא שני לתשרי שבו נברא העולם ובו כימה עולה והיא היתה זמנה של רביעה : חכמים

sequuntur sententiam Rabbi Eliezer, quantum ad diluuium, at Rabbi Iosuæ, quantum ad anni tempestates. Facta autem est pluuia per quadraginta dies & quadraginta noctes vsque ad vigesimum septimum mensis Cisleu, qui Decembri consonat. Et inualuerunt aquæ super terram centum quinquaginta diebus, vsque ad primum mensis Siuan, id est Maij. Tum aquæ consistebant & silentes conquiescebant, impijs intra eas supplicium debitum luentibus, prout quisque suis operibus commeruerat. Expletis centum quinquaginta diebus minui cœperunt aquæ, cumq; sensim deficerent requieuit arca mense septimo vicesimo die mensis super montes Armeniæ. Aquæ celsiores erant terra quindecim cubitis, & per sexaginta dies consumebantur, singulis quaternis dieb. cubito, quotidie sesquipalmo. Et requieuit arca mense septimo, decimo septimo die mensis Siuan siue Maij. Quando verò numerare incipis à tempore quo cessarunt pluuiæ descendere, reperitur quieuisse ad decimum sextum diem. Erat autē eleuata à terra quatuor cubitis, mersa autem intra aquas vndecim. Cumque transijssent quadraginta dies, id est, post quadraginta dies, quibus cœperunt aquæ deficere, nempe decimo die mensis Tammuz seu Iunij, Aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat, emisit coruum &cæt. Expectatis autem septem diebus alijs emisit columbam ex arca, quæ non inuenit &cæt. Distulit adhuc septem dies & decimo emisit columbam, quæ non est reuersa vltrà ad eum, sed abijt & consedit in montium cacuminibus. Decimi mensis primo die apparuerunt montium cacumina. Iste verò decimus mensis erat Ab siue Iulius. A primo tempore, quo cœperunt pluuiæ descendere, à primo die Iulij vsque ad Septembris siue Tizri diem primum absorptæ sunt aquæ. Et factum est sexcentesimo primo anno vitæ Noe, primo mense prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram. Pars mensis habetur pro toto, hinc discimus, vbi dies vnus mensis effluxit mensem numerari pro integro. item, vbi mensis vnus inijt annum, annū illum censeri integrū & completum. Nam pars mensis pro integro & completo mense æstimatur, & anni pars

כדברי ר׳ אליעזר למבול וכדברי ר׳ יהושע לתקופו׳׳
ויהי הגשם וגו׳ עד מתי מ׳ יום ומ׳ לילה עד כ״ז בכסליו :
ויגברו המים על הארץ חמשים ומאת יום ׳ עד מתי
חמשי׳ ומאת יום עד אחד בסיון ׳ והמים היו עומדין
ודמומי׳ והרשעי׳ נדוני׳ בהן כל אחד ואחד לפי מעשיו:
ויחסרו המים מקצה חמשי׳ ומאת יום׳ והמי׳ היו הלוך
וחסור וגו׳ המים היו גבוהי׳ מן הארץ ט״ו אמה וכלו
לששי׳ יום אמה לד׳ ימים טפח ומחצה בכל יו׳: ותנח
התבה בחדש השביעי בי״ז יום זה סיון וכשאת׳ מתחיל
למנות משפסקו הגשמים מלירד נמצאת נחה לששה
עשר יום הא כמה היתה גבוהה מן הארץ ד׳ אמות
וכמה היתה משוקעת בתוך המים י״א אמה : ויהי מקץ
ארבעים יום : לקץ שהתחילו המים לחסור בעשרה
בתמוז : ויפתח נח את חלון התבה וגו׳ וישלח את
העורב וגו׳ שהה ז׳ יום וישלח את היונה וגו ולא
מצאה וגו׳ שהה עוד ז׳ ימים ויוסף שלח היונה וגו׳
ותבא אליו היונה וגו׳ שהה עוד ז׳ ימים וישלח את
היונה ולא יספה שוב אליו עוד : הלכה וישבה לה על
ראשי ההרים : בעשירי באחד לחדש נראו ראשי
ההרים זה אב ׳ כשאתה מתחיל למנות משהתחילו
הגשמים לירד מאחד באב ועד אחד בתשרי נבלעו
המים ׳ ויהי באחת ושש מאו׳ שנה בראשון וגו׳ מקצת
החדש ככולו למדנו שכיון שנכנס א׳ יום בחדש מונין
אותו חדש שלם וחדש אחד נכנס בשנה מונין אותה
שנה שלימה שמקצת החדש ככולו ומקצת השנה
ככולה:

pro toto anno. Exiccatæ ſunt aquæ ſuper terram. aquas, quæ ſupernè deſcenderant, deſiccauit ventus. Quæ vero infernè eruperant & ſuper terrã aſcenderãt, in loço ſuo ſub ſe abſorptæ ſunt. Adhuc aũt terra erat humida, & ad ſpeciem turbidi & craſſi limi redacta. Vnde dilata eſt ſatio, donec deſcenderent pluuiæ. Aquæ enim diluuij argumentum & ſpecimen præbebant maledictionis. Nec vero cum maledictione ſtat benedictio. Menſis autem ſecundi 27. die nẽpe Marheſvan ſiue Octobris, aruit terra & ad ſiccitatem reducta eſt. Sic voluti ſunt duodecim menſes integri & dies præterea vndecim. Nempe, ſi rationem poſtulas, vt doceremur annum ſolarem excedere lunarem diebus vndecim. Atqui, ait R. Eleazar, nonne ab initio mundi cõditi annus ſolaris excedebat lunarem diebus vndecim? Cùm præſertim Sol & Luna creata ſint plena (in plenilunio) decimo quinto die, è quo numero, ſi tollis quatuor, qui eorum procreationem anteceſſerant (nam quarto die tantùm producta ſunt) ſupererunt vndecim. Cui cùm dixiſſent auditores, At poſt primum emboliſmum peruenit luna ad ſolem: ipſe reſpondit, Luna ipſa progreditur & retrocedit. Rabban Simeon Gamalielis filius, Qui vult (inquit) ſcire, an annus Solis ſit maior lunæ anno diebus vndecim, notet punctum in ſolſtitio æſtiuo, menſe Iunio. Tum percipiet anno ſequenti lunam non peruenturã ad illud idem punctum, ante vndecimum diem. Sic curſum ſolis lunarem diebus vndecim excedere deprehendas.

Caput 5.

TOTIS ſeptem diebus collocutus eſt Deus cum Moſe in Rubo, vt ex his verbis colligi poteſt. Dixitq; Moſes ad dominũ, Obſecro Domine, nõ ſum eloquens & ab heri & nudiuſtertius & ex quo locutus es ad ſeruũ tuũ. Nã nudiuſtertius tres dies exhibet, tres aũt coniunctiones Et, Et, Et, tres alios, q̃ iuncti diei, quo cũ Moſe loquebatur, ſeptẽ efficiũt.

Erat

כבולה: חרבו המים מעל הארץ: המים היורדין מלמעלה ננבה אותן הרוח והעולים מלמטה נבלעו במקומן ועדיין הארץ לחה ועשויה כמקפה המתינו ולא זרעו עד שירדו להם גשמים שמימי המבול סימן קללה היו ואין בכלל קללה ברכה: ובחדש השני בשבעה ועשרים יום לחודש זה מרחשון יבשה הארץ ונעשית גריד׳ הרי י״ב חודש שלימין וי״א יום היתירין מה טיבן מלמד שימות החמה יתרין על ימות הלבנה י״א יו׳ אמר ר׳ אלעזר והלא מתחלת ברייתו של עולם ימי החמה יתירי׳ על ימות הלבנה י״א יום שנבראו מלאין חמשה עשר צא מהן ארבעה לפנים מיכן הרי אחד עשר אמרו לו וכיון שעברו עבור ראשון הגיעה לבנה לחמ׳ אמר להן חוזרת היא ומשיבה רבן שמעון בן גמליאל אומר הרוצה לידע סימן ימי החמה שהן יתירין על ימות הלבנה אחד עשר יום ישרוט שריטה בתקופת תמוז ולשנה הבאה אין מגעת לשם עד אחד עשר יום וכן אתה יודע שימות החמה יתירין על ימות הלבנה אחד עשר יום:

פרק ה

כל שבעת הימי׳ היה הקב״ה מדבר עם משה בסנה שנ׳ ויאמר משה אל ה׳ בי אדני לא איש דברי׳ אנכי גם מתמל גם משלשם גם מאז דברך אל עבדך׳ שלשם ג׳ ימים וג׳ גם גם גם ויום שהיה מדבר הרי ז׳

dies. Erat aũt agni paschalis hora. Nã eũ pparabãt ad 15. Nisan siue Martij. Quo tẽpore anno proxime sequenti egressi sunt Israelitæ de Ægypto. Sic etiã 15. die Nisan cõuenit Abrahamũ Deus inter sectas victimas. 15. Nisan venerũt Angeli ad patrẽ nostrũ Abrahã ad nunciandũ Isaaci conceptũ & eodẽ tẽporis puncto anno sequenti natus est Isaac pater noster. Nam scriptum, Reuertens veniã ad te tempore isto. 15. itẽ die Nisan exierũt Israelitæ de Ægypto. Nam scriptũ: Expletis 30. & 400. annis, quibus manserunt in Ægypto, eodem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti. Istorum aũt omnium vnus idemq; (terminus. Decimo quarto die immolarunt Israelitæ agnos suos paschales in Ægypto, qui dies erat quintus (.i. Iouis). Hac ipsa nocte percussi sunt primogeniti. A crastino paschatis, vespere sabbati profecti sunt de Ramesse. Nã scriptũ, Profectiq; sũt filij Israel de Ramesse in Succhot: Itẽ, Et pfecti sunt de Ramesse mense primo 15. die mensis. & paulo pòst, Videntib. cunctis Ægyptijs & sepeliẽtib. primogenitos, quos percusserat dominus. Et, de Ramesse in Succhot, de Succhot autẽ in Ethan, q̃ est ante Pihahiroth. Sic tres dies cõsumpti sunt. Quarto die, & nunciatũ est regi Ægyptiorũ ꝙ fugisset populus. Quinto & sexto persecuti sunt Ægyptij &c. vbi illuxit septimus, descẽderũt ad mare. Nã scriptũ, Et erat nubes tenebrosa & illuminãs noctẽ, sub aurorã ascenderũt Israelitæ de mari, Ægyptij aũt submersi sunt. Illaq; hora cecinerunt Israelitę canticũ, quoniã dictũ est, Tunc cecinit Moses & filij Israel carmẽ Domino, & dixerũt, Cãtemus Domino. Gloriosè .n. magnificatus est &c. Iste aũt dies septimus erat quintus hebdomadæ, itẽq; festus, nempe extremus celebritatis paschalis. De mari rubro profecti sunt in Mara, iuxta illud, Et venerũt in Mara, nec poterãt bibere aquas eius loci, quoniã amarę erãt. de quo loco paulo pòst pditũ est, Ibiq; cõstituit præcepta & iudicia. Ibi .n. traditus est decalogus, cuius 7. præcepta fuerãt iam imperata filijs Noe. Siq̃dẽ legitur, Præcepitq; dominus Deus homini dicens, De omni arbore Paradisi comedẽdo comedes. Vox .n. Præcepit respicit iudicia, vt qdem è Gen. declaratur. Scio .n. ꝙ præcepturus sit, &c. & scribitur, vt faciant iustitiam & iudicium. Dominus respicit benedictionem nominis Domini, itaq; in Leuit. dicitur, Et maledicens nomini domini morte moriatur. Deus idololatriã spectat. Nam scriptum, Non erunt

ימים: ופרק הפסח היה׳ ומכוונין אותו לט״ו בניסן ובאותו הזמן לשנה הבאה יצאו בני ישראל ממצרים:
וכן בחמשה עשר בניסן נידבר עם אברהם אבינו בין הבתרים בט״ו בניסן באו המלאכי׳ אצל אבינו אברהם לבשרו׳ ובאותו הפרק לשנה הבא׳ נולד אבינו יצחק שנ׳ למועד אשוב: ובט״ו בניסן יצאו יש׳ ממצרי׳ שנאמ׳ ויהי מקץ שלשים שנה וגו׳ קץ אחד לכולן׳ בי״ד יום בו שחטו ישראל את פסחיהן במצרים ויום חמישי היה ובו בלילה לקו הבכורו׳ ממחרת הפסח ערב שבת היה נסעו מרעמסס שנא׳ ויסעו בני ישראל מרעמסס סכותה וכת׳ ויסעו מרעמסס בחדש הראשון בחמשה עשר יו׳ לחדש וכתיב ומצרים מקברים וגו׳ ומרעמסס נסעו לסוכות מסוכות לאיתם לפני החירות הרי ג׳ ימים׳ ברביעי ויגד למלך מצרי׳ כי ברח העם בחמישי ובששי וירדפו מצרי׳ וגו׳ אור שביעי ירדו לים שנאמר ויהי הענן והחשך ויאר את הלילה לשחרית עלו ישר׳ מן הים ונשקעו מצריים ובאותה שעה אמרו ישראל שירה שנ׳ אז ישיר וגו׳ ויום חמישי בשבת היה והוא היה יום טוב אחרון של פסח מים סוף נסעו למרה שנ׳ ויבאו מרתה וגו׳ ואומר שם שם לו חק ומשפט:
שם נתנו לישראל עשר מצו׳ שבע מהן שנצטוו עליהן בני נח דכת׳ ויצו ה׳ אלהים על האדם לאמר מכל עץ הגן אכל תאכל: ויצו אלו הדינין וכן הוא או׳ כי ידעתיו למען אשר יצוה וגו׳ וכת׳ לעשות צדקה ומשפט ה׳ זו ברכת השם שנ׳ ונוקב שם ה׳ אלהי׳ זו ע״א שנ׳ לא יהיה

tibi dij alieni coram me, vt vtrobique eadem vox Elohim occurrat. Vox Homini, sanguinis effusionem siue cædem insinuat. Nam commemoratum alibi, Qui fuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis eius fundetur. Dicens, ad impuros concubitus pertinet. Nam Ieremiæ scriptis est consignatum. Si dimiserit vir vxorem suam & ab eo discesserit, factaque fuerit alterius, an reuertetur ad eam. Nonne contaminando contaminabitur terra illa. Tu autem scortata es cum amatoribus multis, dicit Dominus. De omni arbore paradisi. ad rapinam. Sic enim scriptum, De omni super quo falsò iurauerit, reddet solidum & quintam insuper partem. Quinetiam sic commentatur Rabbi Haiá, Quod seruatur in horto prohibitũ est rapinę nomine. Quod verò nõ seruatur in horto, permissum est rapinę nomine. Comedendo comedes, ad membrum animalis viuentis refertur. Siquidem scriptum reperitur, Verùm carnem in anima sua (&) sanguine suo non comedetis. His verò præceptis (naturæ) septem addiderunt Israelitæ super se tria alia isto tempore, Sabbatum, iudicia, & parentum honorationem. A Mara profecti sunt in Elim. Nam sic legitur, Profecti de Mara ad Elim venerunt, vbi erant duodecim fontes aquarum. Ex quo colligimus, Israelitas duntaxat mansiones collocasse iuxta aquas. De Elim porrò castra metati sunt in Alus. vt ibidem declaratur, profectique de Elim venerunt Israelitæ in desertum Sin, id est, Alus, decimo quinto die mensis septimi ab exitu Israelitarum de Ægypto, qui primus dies fuit Hebdomadæ. Vnde docemur principium mensis Iiar, id est, Aprilis incurrisse in primum hebdomadis diem. Præterea Israelitas victitasse panibus subcineritijs, quos exportauerant de Ægypto, totis triginta diebus, isto autem die panes illos defecisse, & ad vesperam coturnices esitasse, manè verò collegisse manna. Cæterùm in Alus acceperũt sabbatum, ibique primam sabbati celebritatem agitarunt. Eò enim pertinet istud Exodi, Et sabbatizauit populus die septimo. Sequenti die, qui primus erat hebdomadæ & vicesimus tertius Iiar siue Aprilis, descendentes de Alus accesserunt ad Raphidim, vbi putei miraculũ sunt consecuti, pugnarũt cõtra Amalechitas, celebrarũt secundũ sabbatũ. Hinc è Raphidim progressi sunt ad desertũ Sinai, in quo repererunt nubes diuinæ maiestatis. Omnibus 5. dieb. Moses ascen-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108876-p0032-2

לך אלהי׳ אחרי׳ על פני: על האדם זו שפיכות דמים
שנ׳ שופך דם האדם באדם דמו ישפך׳ לאמר זה
גילוי עריות שנאמר הן ישלח איש את אשתו והלכה
מאתו והיתה לאיש אחר הישוב אליה עוד הלא חנף
תחנף הארץ ההיא ואת זנית ריעים רבי׳ נאם ה׳: מכל
עץ הגן זה הגזל שנ׳ או מכל אשר ישבע עליו לשקר
ושלם אתו בראשו וחמישיתו יוסף עליו: ותאני ר׳
חייא הנשמר בגנה אסור משום גזל ושאינו נשמר
בגנה מותר משו׳ גזל׳ אכל תאכל זה אבר מן החי שנ׳
אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו׳ הוסיפו עליהן ישר׳
באותה שעה שבת ודיני׳ וכיבוד אב ואם׳ ממרה נסעו
לאילים שנ׳ ויסעו ממרה ויבאו אילימה וגו׳ הא למדנו
שלא היו ישראל חונין אלא על המים ומאילים נסעו
לאלוש שנ׳ ויסעו מאלים ויבאו עדת בני יש׳ מדבר סין
הוא אלוש בחמש׳ עשר יום לחדש השביעי לצאת בני
ישראל ממצרי׳ ואחד בשבת היה: הא למדנו שראש
חדש אייר באחד בשבת היה ועוד למדנו שהיו ישר׳
אוכלין מעונה שהוציאו בידם ממצרי׳ כל שלשים יום
ובו ביו׳ כלתה ולערב אכלו את השליו ולמשכים
לקטו את המן׳ ובאלוש נתנה להם השבת ושם עשו
שבת ראשונה שנ׳ וישבתו העם ביום השביעי: אחד
בשבת בכ״ג באייר נסעו מאלוש ובאו להם לרפידים
ושם נתנה להם הבאר ונלחמו עם עמלק ושם עשו
שבת שנייה׳ נסעו מרפידים ובאו להן למדבר סיני
ומצאו עליו ענני כבוד׳ כל חמשת הימים היה משה
עולה

ascendebat ad montis verticem & descendebat vt populo Dei oracula declararet, & responsa populi Domino renuntiaret. Sexto die mensis tertij traditus est Decalogus. Erat autem sabbatum.

Caput 6.

POST datum decalogum die septimo Moses in montem conscendit. Nam scriptum, Et habitauit gloria Domini super montem Sinai, eumque texit nubes senis diebus ad purificandum Mosem. Die autem septimo Dominus clamauit ad Mosem de nubis medio, sicque Moses ingressus medium nubis ad montem ascendit, illicque hæsit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Decimo septimo mensis Tammuz, qui ferè cadit in Iunium, descendit fregitque tabulas, & crastino conuocatam plebem arguit sceleris, Vos peccastis &cæt. Iterum ascendit decimo octauo eiusdem mensis Iunij & misericordiam Dei pro Israele implorauit. Nam legitur, Et procidi ante Dominum 40. dieb. & 40. noctibus, quibus eum suppliciter deprecabatur. Nam dicit Dominus &c. Qua hora placatus est Dominus Israelitis, iussitq; Mosen alteras tabulas sculpere & denuò ascēdere. Hinc illud, Tempore illo dixit Dominus ad me, Sculpe tibi secūdas tabulas lapideas prioribus similes, & ascende ad me ad montē, & facies tibi arcā ligneam. Descendit 28. mensis Ab, qui est Iulius, & sculpsit duas tabulas lapideas, quia dicitur Et sculpsit duas tabulas lapideas priorib. similes. Et summo mane iuit Moses, &c. Ascnedit autem vigesimo nono mensis Ab, qui est Iulius, & iteratam renouatamque legem secundò est consecutus. Quod ille sic testatum reliquit, Ego steti in monte iuxta dies primos diebus quadraginta & noctibus totidem, exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Cùm autem posuit, iuxta dies primos significauit diebus primis & postremis Deum fuisse placatum

inter

עולה לראש ההר ויורד מגיד לעם את דברי המקום
ומשיב דבריהם לפני המקום׳ בשלישי בששה לחדש
נתנו להם עשרת הדברות ויום השבת היה׃

פרק ז

ביום השביעי אחר עשר׳ הדברו׳ עלה משה להר
שנ׳ וישכן כבוד ה׳ על הר סיני ויכסהו הענן
ששת ימים לטהרו למשה׳ ויקרא אל משה ביום
השביעי מתוך הענן ויבא משה בתוך הענן ויעל אל
ההר ויהי משה בהר ארבעים יום וארבעים לילה׃
בי״ז בתמוז ירד ושבר את הלוחות׳ ויהי ממחרת
ויאמר משה אל העם אתם חטאתם וגו׳ עלה בשמנה
עשר בתמוז וביקש רחמים על יש׳ דכת׳ ואתנפל לפני
ה׳ את ארבעים היום ואת ארבעי׳ הלילה אשר התנפל
כי אמר ה׳ וגו׳ באותה שעה נתרצה הקב״ה לישראל
ואמר למשה לפסול לוחות שניו׳ ולעלו׳ שנאמר בעת
ההיא אמר ה׳ אלי פסל לך שני לחת אבנים כראשני׳
ועלה אלי ההרה ועשית לך ארון עץ׃ ירד בעשרים
ושמנה באב ופסל שני לוחות שנ׳ ויפסל שני לחת
אבנים כראשנים וישכם משה בבקר וגו׳ ועלה בעשרי׳
ותשעה באב ונשנית לו תורה פעם שנייה שנ׳ ואנכי
עמדתי בהר כימים הראשני׳ ארבעי׳ יום וארבעי׳ לילה
וגו׳ לא אבה ה׳ השחיתך׃ כימים הראשונים מה
הראשונים מרוצין אף שניים מרוצין אמור מעתה

intermedijs verò iratum. Decimo die Tizri siue Septembris, qui quidem dies erat expiationum de monte descendit, rectitudinis eorum causa, ob quam in gratiã à Domino erant recepti, iuxta illud, Et vt auferas iniquitates nostras atq; peccata, nosq; possideas. Ex quo constitutus est dies solennis & memorabilis sequentibus generationibus. Nam scribitur, Et erit istud vobis in statutum sempiternum. Cumq; descendisset Moses venerunt etiã ad eum omnes filij Israel, quibus præcepit cuncta quæ audierat. Quænam verò sunt ista quæ illis imperauit Moses? nempe vt facerent tabernaculum. Atque ita cœperunt incumbere in opus tabernaculi, & singuli obtulerunt mente promptissima atque deuota &c. Quæ postquam Moses cuncta vidit completa, quemadmodum mandauerat Dominus, benedixit eis. Benedictio autem hæc erat, Maneat, obsecro, diuina maiestas in manuum vestrarum opere, populo respondente, Et sit suauitas domini Dei nostri super nos &c. R. Meir putat Mosem non hac fuisse vsum benedictione, sed ista, Dominus Deus patrum vestrorum adijciat, sicut estis, mille vicibus & benedicat vobis sicut locutus est. Præterea super vos, Beati Israelitæ estis qui ministerium tabernaculi meruistis. Quemadmodum autem illud meruistis, sic meritis vestris efficite, vt vobis ædes electa tribuatur, & habitet diuina maiestas in vestri medio. Nam scriptum, Et facient mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi.

Caput 7.

LOCVtusque est Dominus ad Mosem dicens. Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum conuentus & pones in eo arcam, dimittesq; ante illam velum, & illata mensa pones super eam &c. Cœperunt septem consecrationum dies, 23. die mensis Adar. i. Februarij, primoque die Nisan siue Martij expleti sunt. Cunctis septem diebus consecrationum erigebat Moses tabernaculũ mane quolibet & ad illud offerebat oblationes, posteaque disiungebat atque dissoluebat. At die octauo erigebat quidem, sed nõ disiungebat. R. Iosue filius R. Iehudæ in alia est sententia. Nam, inquit, etiam die octauo erigebat & deponebat.

אמצעיי׳ בכעס : ירד בי׳ בתשרי והוא היה יום הכיפורי׳
ובישרם שנתרצה לפני המקו׳ שנאמ׳ וסלחת לעווננו
ולחטאתנו ונחלתנו ׳ לפיכך נתקיים יום חוק וזכרון
לדרות שנ׳ והיתה זאת לכם לחקת עולם ויהי ברדת
משה וישובו אליו וגו׳ ואחריכן נגשו כל בני ישר׳ ויצום
וגו׳ מה צום צום לעשו׳ את המשכן התחילו לעסוק
במלאכת המשכן ויבואו כל איש אשר נשאו לבו וגו׳ ׳
וירא משה׳ את כל המלאכה והנה עשו אתה כאשר
צוה ה׳ כן עשו ויברך אתם משה : מה ברכה ברכם
אמר להם יהי רצון שתשרה שכינה במעש׳ ידיכם והם
אמרו ויהי נועם ה׳ אלהינו עלינו וגו׳ ר׳ מאיר א׳ לא כן
אמר להם אלא ה׳ אלהי אבותיכם יוסף עליכם וגו׳
אמ׳ להם אשריכם יש׳ שזכיתם לעבודת המשכן וכשם
שזכית׳ לכך כך תזכו שינתן לכם בית הבחיר׳ ושתשר׳
שכינה בתוככם שנ׳ ועשו לי מקדש ושכנתי בתוכם
:

פרק ז׳

וידבר ה׳ אל משה לאמר ביום החדש הראשון
באחד לחדש תקים את משכן אהל מועד
ושמת שם וגו׳ והבאת את השלחן וגו׳ התחילו ז׳ ימי
המלואים בכ״ג באדר ובאחד בניסן שלמו׳ ׳ כל ז׳ ימי
המלואי׳ היה משה מעמיד את המשכן בכל בקר ובקר
ומקריב עליו קרבנות ומפרקו ובשמיני העמידו ולא
פרקו׳ ׳ ר׳ יוסי בר׳ יהוד׳ או׳ אף בשמיני העמידו ופירקו

Comedebant autem Aaron & filij eius carnes arietum & panes qui in canistro erant positi. Septem diebus nocte & die manebitis in tabernaculi ostio vsq; ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ, feceruntq; Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manũ Mosis. Facto autem octauo die vocauit Moses Aaron, &c. post septem consecrationũ dies, qui primus erat hebdomade & principium mensis Nisan siue Martij. Illo verò die Aarõ & filij eius abluerunt manus pedesq; è concha & suis officijs atq; ministerijs iuxta ordinem constitutum functi sunt. Quin & ipso die cœpêre principes offerre. Sic enim scripto traditum est. Primo die obtulit oblationem suam Naasson filius Aminadab de tribu Iuda, fueruntq; in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, &c. Primus dies orbis cõditi primus fuit dies oblationis principum. Primus, quo insedit diuina maiestas Israelitico populo, iuxta illud, Et habitabo in medio filiorum Israel. Primus, quo prohibita est idolorũ ara. Primus, quo institutum sacerdotiũ, primus, quo benedictus populus, primus solẽnium sacrorũ, primus mensiũ, primus immolatarũ hostiarum ad Septentrionẽ. Primus quo sacra manducata sunt, primus, quo ignis cœlitùs descendit, scribente Mose, & ecce egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum & adipes, qui erant super altare. Illo ipso die Israelitæ iuge sacrificium, sacrificia votiua & spõtanea, sacrificia pro peccatis, pro delictis, primitias & decimas obtulerũt. Ac de isto die Salomõ scriptũ reliquit, Excitare Aquilo, veni Auster, perfla hortũ meum, fluant aromata eius. Nã excitatio Aquilonis est holocaustũ, quod in parte aquilonari immolabatur. Aduẽtus Austri pacifica, quæ in parte australi mactabãtur. Perflatio horti tabernaculũ cõuẽtus. fluxus aromatũ incensum odoramentorum. Quæ aũt apud Salomonem sequuntur, sic debent intelligi, Veniat dilectus meus in hortum suum, diuina maiestas & præsentia. Et cõmedat fructũ deliciarum eius, oblationem. Veni in hortum meũ soror mea sponsa. die octauo. Messui myrthã meam cũ aromate meo, incensum & thus oblationũ. Comedi fauum meũ cũ melle meo. membra holocaustorũ & adipes sacrorum solenniũ. Bibi vinum meum cum lacte meo, libamina & adipes cõmunium sacrorũ. Comedite socij, ô Mose & Aaron. Bibite & inebriamini dilecti, ô synagoga Israel. Ipso illo die

Elisabet

ואכל אהרן ובניו את בשר האיל ואת הלחם אשר
בסל: ופתח אהל מועד תשבו יומם ולילה שבעת
ימים וגו׳ ויעש אהרן ובניו וגו׳ ויהי ביום השמיני וגו׳
אחר ז׳ ימי המילואים ואחד בשבת היה וראש חדש
ניסן היה ובו ביום עמדו אהרן ובניו ורחצו את ידיהם
ואת רגליהם מן הכיו׳ ועבדו את כל העבודו׳ והסדירו׳
על הסדר ובו ביו׳ התחילו הנשיאי׳ להקריב שנ׳ ויהי
המקריב ביום הראשון׳ ראשון למעשה בראשית
ראשון לנשיאים ראשון לשכון שכינה בישראל שנ׳
ושכנתי בתוך בני ישראל ראשון לאיסור במה ראשון
לכהונ׳ ראשון לברכה ראשון לעבודה ראשון לחדשי׳
ראשון לשחיטת צפון׳ ראשון לאכילת קדשים׳
ראשון לירידת האש שנאמר ותצא אש וגו׳ בו ביום
הקריבו ישראל תמידין נדרי׳ ונדבו׳ חטאות ואשמות
בכורות ומעשרות: ועל אותו יום הוא א׳ עורי צפון
ובואי תימן הפיחי גני יזלו בשמיו עורי צפון זו עולה
הנשחטת בצפון ובואי תימן אלו שלמים הנשחטין
בדרום׳ הפיחי גני זה אהל מועד: יזלו בשמיו זה
קטורת הסמים: יבא דודי לגנו זו השכינה׳ ויאכל
פרי מגדיו אלו הקרבנות באתי לגני אחותי כלה זה
יום שמיני: אריתי מורי עם בשמי זו קטורת ולבונת
המנחות אכלתי יערי עם דבשי אלו איברי העולה
ואימורי קדשי קדשי׳ שתיתי ייני עם חלבי אלו הנסכי׳
ואימורי קדשים קלים אכלו ריעים זה משה ואהרן׳
שתו ושכרו דודים זו כנסת ישראל: בו ביום נשמצאת

Elisabet filia Amminadab affecta fuit in Israel quatuor insignibus gaudijs, & vno luctu. Nam leuir eius erat Rex, maritus pontifex sacerdotum maximus, frater princeps, filij secundum pontificatus gradum obtinentes. At duos filios suos igne cœlesti concrematos luxit. Quidā addunt nepotem ipsius vnctum etiam fuisse ad bellū, nempe Phineem. Secundo die mēsis Nisan siue Martij cremauit Eleazar sacerdos vaccam pro peccato, & aspersi sunt cuncti Israelitæ cocco, hyssopo & cedro. Decimo quarto die immolarunt agnos suos paschales. Erat autem sabbati dies.

Caput 8.

LOCVtusq; est Dominus ad Mosē in deserto Sinai in tabernaculo cōuentus prima die mensis 2. anno altero egressionis eorū ex Ægypto, dicēs, Tollite summā vniuersæ cōgregationis filiorū Israel per cognationes & domos suas & nomina singulorū, qcquid sexus est masculini à 20. anno & supra omniū virorū fortiū Israel, & numerabitis eos p turmas suas, tu & Aaron, eruntq; vobiscū. Et postea, Numera primogenitos sexus masculini de filijs Israel ab vno mense & supra. Et mox, Tolle summā filiorū Caath de medio Leuitarū per domos & familias suas à 30. an. & supra vsq; ad 50. an. Et iterū, Tolle summā etiā filiorū Gersō. Rursū, Tolle summā filiorū Merari, deniq;, Iuxta os Domini numerati sunt per manū Mosis principes tribuū ac domorū in cognationibus suis. Decimo quarto mensis Iiar immolarunt immundi pascha secundum. Quo pertinet, Factumque est vt viri qui erāt immundi anima, qui non poterant facere pascha in die illo, accedentes ad Mosen & Aaron dicerent illis, Immundi sumus super anima hominis, &c. Anno secundo, mense secundo vigesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis. Sic inueniuntur morati in deserto Sinai duodecim mensibus, demptis duntaxat diebus decem. Testante autem Scriptura, scripsit Moses exitus eorum per ipsorum profectiones, quas Domini iussione mutabant. Profecti autem sunt à deserto Sinai & venerunt ad sepulchra concupiscentiæ, vbi hæserunt diebus triginta, vt ex sequenti loco apparet, Comedetis non vno die, nec duobus vel quinque, sed vsque ad mensem dierum. De sepulchris concupiscentiæ profecti sunt

אלישבע בת עמינדב יתרה על ישרא׳ ארבע שמחו׳ ואבל אחד יבמה מלך ובעלה כהן גדול אחיה נשיא ובניה סגני כהונה ואבלה בשני בניה נדב ואביהוא׳ ויש או׳ אף בן בנה משוח מלחמה זה פינחס בשני׳ בניסן שרף אלעז׳ הכהן פרת חטאת והזו כל ישרא׳ ושנו : בארבעה עשר בו שחטו ישראל את פסחיהם ויום השבת היה :

פרק ח

וידבר ה׳ אל משה במדבר סיני באהל מועד באחד לחדש השני בשנה השנית וגו׳ שאו את ראש וגו׳ מבן עשרי׳ שנה וגו׳ ואתכם יהיו וגו׳ : ואחר כך פקוד כל בכור זכר בבני ישרא׳ וגו׳ ואחריכן נשא את ראש בני קהת וגו׳ ואחריכן נשא את ראש בני גרשון גם הם וגו׳ ואחריכן נשא את ראש בני מררי וגו׳ ואחריכן על פי ה׳ פקד אותם ביד משה : ב״ד באייר שחטו טמיאי נפש פסח שני שנ׳ ויהי אנשים אשר היו טמאים לנפש וגו׳ ויאמרו האנשי׳ ההמה אליו וגו׳ : וידבר ה׳ אל משה לאמר איש איש כי יהיה טמא לנפש וגו׳ ויהי בשנה השנית בחדש השני בעשרים בחדש נעלה הענן׳ נמצאו עושין במדבר סיני י״ב חדש חסר עשרה ימים׳ ואו׳ ויכתב משה את מוצאיהם למסעיה׳ וגו׳ : נסעו ממדבר סיני ובאו להם לקברות התאוה ועשו שם שלשים יום שנאמר לא יום אחד תאכלון וגו׳ עד חדש ימים וגו׳ נסעו מקברות התאוה

ad Haseroth, manseruntq; ibi septem diebus, vt hinc probari potest, Exclusa est itaq; Maria extra castra septem diebus. De Haseroth profectus est populus in desertū Pharan vigesimo quinto die mensis Siuan. vigesimo autem nono eiusdem mensis Moses exploratores misit; vt colligi potest ex eo quod scribitur, Erat aūt tempus, quando iam præcoquæ vuæ edi possunt. Redierunt vero ab exploratione terræ expletis 40. diebus, id est, nono die mensis Ab. Ex quo traditum à maiorib. nostris reperitur, Nono mensis Ab decretum est, ne patres nostri ingrederentur terram. Post exploratorū reditum accidit Choræ seditio, eiusq;, hiatu terræ, consumptio. Nam scribitur, Sane non induxisti nos in terrā affluentem lacte & melle, nec dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum. & exarsit ira Domini in Israel. Porro in Deuteronomio legimus, Tempus aūt quo ambulauimus de Cades-barnea vsq; ad transitum torrentis Zared, 38. annorum fuit, donec consumeretur omnis congregatio hominū bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus. Decimo nono anno iterum insanierunt, & manserūt nouemdecim annis in Cades-barnea. Hinc illud, Sedebitis ergo in Cades-barnea, iuxta dies, quibus antea sederatis. Cum ergo prius illic mansissent 19. annis, & postea alijs nouemdecim manserint, ab exitu plane fluxerunt 38. Omnes autem mansiones inueniuntur quadraginta duæ numero.

Caput 9.

VENEruntq; filij Israel & omnis multitudo in desertū Sin mense primo, & mansit populus in Cades. Mortuaque est ibi Maria & sepulta in eodē loco. Cūq; indigeret aqua populus, conuenerūt aduersus Mosen & Aaronē, quia defecerat puteus. Quadragesimus voluebatur annus & principiū mensis Nisan. quo tēporis puncto misit Moses nuntios de Cades ad regē Edō &c. Ibi cōsederunt Israelitæ lucrū facientes 3. mensib. Ascendit aūt Aaron pontifex in montē Hor, ibiq; moritur, natus annos 123. Eo mortuo disparuerunt nubes gloriæ, & Chananęi accurrerūt ad pugnandum contra Israel. Hinc illud, Et audiuit Chananęus rex Arad, venisse Israel, & pugnauit cōtra eū, & victor existens duxit ex eo prædā. Quidnā, obsecro, audiuit? Certè mortuū fuisse fuisse Aaronem, & obijsse præcipuum Israelitarū ducem,

ובאו לחצרות ועשו שם שבעה ימים שנאמר ותסגר מרים שבעת ימים ׳ נסעו מחצרות ובאו להן למדבר פארן בכ״ה בסיון ובכ״ט בסיון שלח משה מרגלים שנ׳ והימים ימי ביכורי ענבים : וישובו מתור הארץ מקץ מ׳ יום וט׳ באב היה שתמצא אומר בט׳ באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ ׳ אחר מרגלים היתה מחלקתו של קרח ובליעתו שנ׳ אף לא אל ארץ זבת חלב ודבש וגו׳ ויחר אף ה׳ ביש׳ וא׳ והימים אשר הלכנו מקדש ברנע עד אשר עברנו את נחל זרד שלשים ושמנ׳ שנה וגו׳ י״ט שנה היו חוזרין ומטורפין וי״ט שנה ישבו בקדש ברנע שנ׳ ותשבו בקדש ימים רבי׳ כימי׳ אשר ישבתם נמצאו כל המסעות מ״ב מסעות :

פרק ט׳

ויבואו כל העדה מדבר צין בחדש הראשון וישב העם בקדש ותמת שם מרים ותקבר שם : ולא היה מי׳ לעדה ויקהלו על משה ואהרן שנסתלקה הבאר ׳ שנת הארבעים היתה וראש חדש ניסן היה : בו בפרק וישלח משה מלאכים מקדש אל מלך אדום ׳ וגו׳ עשו שם יש׳ נכסין ג׳ חדשים ויעל אהרן הכהן וגו׳ ואהרן בן שלש ועשרי׳ ומאת שנה במותו בהר ההר : כיון שמת אהרן נסתלקו ענני כבוד ובאו הכנעניים להלחם עם ישראל : וישמע הכנעני מלך ערד וגו׳ ומה שמוע׳ שמע שמ׳ שמת אהרן והלך התייר הגדול שבהן

itemq; desijsse columnam nubis, quæ pro illis pugnabat. Irruit igitur,& bellū cū eis cōmisit,vertit fugauitq; adeò vt retrocederēt p 7. mansiones,& castra ponerent in Mosera. Sic.n.scriptum, Filij aūt Israel mouerunt castra ex Beeroth filiorum Iachan in Mosera,vbi Aaron mortuus & sepultus est. Vbi tamē quęstio est,quo pacto mortuus dicatur in Mosera,cum in Numeris obijsse tradatur in monte Hor.Nēpe è monte Hor, in quo vita excesserat Aaron, retrocesserant 7.mansiones,donec castra collocarēt in Mosera. Inde aūt venerūt in Gadgad, de quo loco profecti castrametati sunt in Iatbata terra aquarū atq; torrentiū.Et inde in Beer.nempe ad puteū,de quo locutus est Dominus ad Mosen,Cōgrega populū & dabo ei aquam:illis enim puteus illo loco denuò apparuit. Postmodū ꝓfecti filij Israel castrametati sūt in Oboth,& de Oboth venerūt in Ieabarim,q̄ est in finibus Moabitarū. Egressiq; illinc castra fixerūt in torrēte Zared. Deniq; castra locarūt à latere Arnon &c.,Ibiq; dimicarunt cū Seon,& percusserūt eū acie gladij.Verterūtq;se & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis rex Og cū omni populo suo.Dixitq; Dominus ad Mosem,ne timeas eum, quoniam in manu tua tradidi illū & omnē populum & terram eius,faciesq; ei,sicut fecisti Seon regi. Vnde & percusserūt eum cū filijs suis, profectiq; castrametati sunt in cāpestrib. Moab,vbi trās Iordanē Hiericho sita est. Post plagā illā locutus est Moses & Eleazar ad eos in campestrib. Moab super Iordanē cōtra Iericho,cūq; eos numerasset,dixit Dominus.Istis diuidetur terra iuxta numerū vocabulorū in possessiones suas. Tūq; stantes in cāpestrib.Moab filios reduxerūt ad patres & loco patrū hæreditatē assignarūt filijs Sare filia Aser ex ijs extitit, qui ascēderūt in Ægyptū & de ea exierūt.Ascendisse in Ægyptū ex hoc Scrip.loco liquet. Sare quoq; soror eorū.Exijsse aūt & in terram ꝓmissionis esse ingressā ex isto,Nomē aūt filię Aser Sare.Iocabed similiter venit in Agyp.& ex ea redijt.Venisse docet iste locus,nomē vxoris Amrā Iocabed filia Leui,q̄ nata est ei in Ægyp. Hęc genuit Amrā viro suo filios Aaron & Mosem,& Mariā sororē eorū.Iair & Machir filij Menassis nati sunt viuo Iacob auo patre nostro.Mortui aūt sunt post Mosis obitū.Nobe inter eos fuit q nati sunt in Ægyp.cæterū post Mosis magistri nostri mortē interijt,sepultusq; est in Iordanis latere, nec verò relictus est eorum qsq̄ nisi Caleb filius Iephuné, & cæt.

Caput

נסתלק עמוד הענן שהיה נלחם להם ובא ונלחם עמהם וחזרו לאחוריהם ז׳ מסעות וחנו במוסרה שנאמר ובני ישראל נסעו מבארות בני יעקן מוסרה שם מת אהרן וכי במוסרה מת אהרן והלא בהר ההר מת אלא ממקום שמת אהרן חזרו לאחוריהן ז׳ מסעות עד שחנו במוסרה משם נסעו הגדגדה וגו׳ ומשם בארה וגו׳ היא הבאר שחזרה להם ׳ ויסעו בני ישראל ויחנו באובות : ויסעו מאובות ויחנו בעיי העברים וגו׳ משם נסעו ויחנו בנחל זרד משם נסעו ויחנו מעבר ארנו׳ וגו׳ שם נלחמו עם סיחון ויכהו ישראל לפי חרב : ויפנו ויעלו דרך הבשן וגו׳ ויאמר ה׳ אל משה אל תירא אותו וגו׳ ויכו אתו ואת בניו וגו׳ ויסעו בני ישראל ויחנו בערבות מואב וגו׳ ויהי אחרי המגפ׳ וגו׳ לאלה תחלק הארץ וגו׳ ועומדים בערבות מואב : החזירו הבנים לאבות והזרו האבות והורישו לבנים ׳ סרח בת אשר היתה מבאי מצרים ומיוצאיה : מבאי מצרים דכת׳ וסרח אחות׳ ומבאי הארץ שנאמר ושם בת אשר סרח ׳ ויוכבד היתה מבאי מצרים ומיוצאית מבאי מצרים שנאמר ושם אשת עמרם יוכבד בת לוי וגו׳ : יאיר בן מנשה ומכיר בן מנשה נולדו בחיי יעקב אבינו ומתו לאחר מיתת משה רבינו ונבח היה מן הנולדים במצרי׳ ומת לאחר מיתת משה רבינו ונקבר בעבר הירדן ולא נותר מהם איש וגו׳ :

Caput 10.

QVADRAgesimo anno, vndecimo mense primo die mensis locutus est Moses ad filios Israel, omnia quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis, postquã percussit Seon regem Amorrheorum, qui habitauit in Hesebon & Og regem Basan, qui mansit in Aseroth & in Edrai trans Iordanem in terra Moab. Cœpitq; Moses explanare legem & dicere, quæ Deuteronomio comprehenduntur. A primo die Sebat vsq; ad sextum mensis sequẽtis Adar siue Februarij, per sex & triginta dies explanauit Moses doctor noster legem vniuersam. Sexto autem die Februarij ait Dominus ad Mosem, Ecce instant dies mortis tuæ. Septimo autem die, Abijt itaque Moses & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel & dixit ad eos. Centum viginti annorum sum hodie. Vbi particula hodie declarat, Mosem septimo die Adar fuisse natum, & eodem esse mortuum. Quod etiã innotescit è libri fine & initio Iosue, Mortuusque est ibi Moses seruus Domini in terra Moab iuxta oraculum Domini, & sepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrum eius. Moses autem centum viginti annorum erat, quando mortuus est. Non caligauit oculus eius, nec humor eius emotus est. Et factum est post mortem Mosis serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun ministrum Mosis & diceret ei, Moses seruus meus mortuus est. Nunc igitur surge, & transi Iordanem istum. Præcepit itaque Iosue principibus populi dicens, Transite per medium castrorum & imperate populo ac dicite, Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem & intrabitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus noster daturus est vobis. Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi & castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. Omnia ista retexito & ex illis sursum versus subducito triginta tres dies. Sic disces, septimo die mensis Adar Mosem fuisse mortuum. Tres præstantes pastores & nutritij astiterunt Israelitis, nempe Moses, Aaron, & Maria. Tria

insignia

פרק י׳

ויהי בארבעים שנה בעשתי עשר חדש באחד
לחדש דבר משה אל כל ישראל וגו׳ אחרי
הכותו את סיחון מלך חשבון וגו׳ בעבר הירדן בארץ
מואב וגו׳ מאחד בשבט ועד ששה באדר שלשים
וששה יום פירש משה רבי׳ את כל התור׳ כולה בששה
בו ויאמר ה׳ אל משה הן קרבו ימיך למות בשבעה
באדר ויבא משה וידבר וגו׳ ויאמר אלהם בן מאה
ועשרים שנה אנכי היום שאין תלמוד לומר היום ומה
תלמוד לומר היום מלמד שבשבעה באדר נולד משה
ובשבעה באדר מת שנ׳ וימת שם משה עבד ה׳ בארץ
מואב על פי ה׳ ויקבו אותו בגיא בארץ מואב מול פעור
ולא ידע איש את קבורתו ומשה בן מאה ועשרי׳ שנה
במותו לא כהתה עינו ולא נס לחה : ויהי אחרי מות
משה עבד ה׳ וגו׳ משה עבדי מת ועתה קום עבור וגו׳
ויצו יהושע את שטרי העם לאמר עברו בקרב המחנה
וצוו את העם לאמר הכינו לכם צדה כי בעוד שלשת
ימים אתם עוברים את הירדן לבוא לרשת את הארץ
אשר ה׳ נותן לכם לרשת׳ והעם עלו מן הירדן בעשור
לחדש הראשון ויחנו בגלגל בקצה מזרח יריחו צא
מהן שלשים ושלשה יום למפרע ואת׳ למד שבשבעה
באדר מת משה רבינו שלשה פרנסין טובים עמדו
להן לישראל ואלו הן משה ואהרן ומרים ושלש

מתנות

insignia dona illorum interuentu concessa sunt, Puteus, columna nubis & Manna. Manna quidē Mosis, columna nubis Aaronis, Puteus Mariæ meritis. (Vnde) mortua Maria sublatus est puteus, recuperatus tamen postea meritis Aaronis & Mosis. Mortuo Aarone disparuit nubis columna, etsi postea sit illis Mosis merito reddita. Mortuo Mose perierunt tria hæc, nec recuperata. Nam scriptū, Et excidi tres pastores mense vno. Etsi enim mense vno eodemq; tres hi minimè ex hac vita migrauerint, sed eodem potius anno, (Maria quippe fatis concessit decimo die Nisan, Aaron primo Ab, Moses septimo Adar) tamen quoniā, quo die mortem subijt Moses, tria ista ita interciderūt, vt non amplius apparuerint, tres pastores vno dicuntur mense excisi. Qui interea collegerāt Manna septimo die Adar, eo vsi sunt vsque ad decimum sextum Nisan. legitur enim, Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec fuit vltrà filijs Israel manna, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan. Atq; hinc exponi potest quod commemoratum fuerat in Exodo. Filij autem Israel comederunt Man quadraginta annis donec venirent in terram habitabilem, id est, vsque ad diem mortis Mosis. Illo enim die desijt Manna de cœlo decidere. Hoc autem cibo pasti sunt, quousque tangerent fines terrę Chanaan, id est, vsque ad illum diem quo in ipsorum manibus consumptum est manna. Quæ quadraginta annorum summa existit. Desiderantur quidem dies triginta, at illi triginta, quibus vsi sunt tortis, quas secum de Ægypto exportauerant, quæ & victum eis abundè suppeditarunt mannæ instar, istum suppleant numerum atque perficiunt.

Partis primæ finis.

Caput II.

POPVLVS autem ascendit de Iordane decimo mensis huius & tulerunt sibi duodecim lapides de exteriore Iordanis ripa, & posuerunt eos, vbi steterant pedes sacerdotū,

מתנות טובו׳ ניתנו על ידיהם ואלו הן באר ועמוד ענן
והמן׳ מן בזכות משה עמוד ענן בזכות אהרן באר
בזכות מרים מתה מרי׳ נסתלקה הבאר וחזרה להן
לישראל בזכות משה ואהרן: מת אהרן נסתלק עמוד
הענן חזר להן בזכות משה מת משה נסתלקו שלשתן
ולא חזרו שנ׳ ואכחיד את שלשת הרועים בירח אחד
וכי בירח אחד מתו והלא בשנה אחת מתו׳ מתה
מרים בעשרה בניסן׳ ואהרן באחד באב׳ ומשה רבינו
בשבעה באדר אלא יום שמת משה נסתלקו שלשתן
ולא חזרו׳ מן המן שלקטו בשבעה באדר היו אוכלין
עד ששה עשר בניסן שנ׳ וישבות המן ממחרת השבת
באכלם מעבור הארץ ולא היה עוד לבני ישראל מן
ויאכלו מתבואת ארץ כנען בשנה ההיא: מה תלמוד
לומר ובני ישראל אכלו את המן וגו׳ עד בואם אל ארץ
נושבת יום שמת משה אותו היום פסק המן מלירד
עד בואם אל קצה ארץ כנען אותו היום כלה המן
שבידם הרי ארבעים שנה חסר שלשים יום ושלשים
יום שהיו אוכלין עוגה שהוציאו בידם ממצרים
שהיה יפה להן כמן:

סליק פרקא ובבא קמא

פרק יא

והעם עלו מן הירדן בעשור לחדש הזה ונטלו להם
מתוך יב אבני והניחו׳ תחת מצב רגלי הכהני׳

Præterea tulerunt alios duodecim lapides de medio Iordanis alueo & posuerunt eos in Galgal contra Orientem vrbis Iericho. Postquam ascenderunt de Iordane venerunt ad montem Garizim & ad montem Ebal, qui erat in agro Samariæ à parte Sichem, iuxta Alone More. Sic enim scriptum est, An non isti sunt in latere Iordanis, post viam, quæ vergit ad Solis occubitum, in terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam. Illic Israelitæ proclamarunt benedictiones & maledictiones, easque disposuerunt iuxta ordinem, quem mandauerat illis Moses dicens, Tollite de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria. Porrò duodecim illos lapides de Iordane sublatos erexit Iosue in Galgal. Vbi aūt eos compegissent calce, supernè inscripserunt legem 70. linguis. Sic enim memoratur in Deut. Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Præterea obtulerūt sacrificia pacifica, ibiq; epulati sunt. Hinc illud eodē loco, Et offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, & immolabis hostias pacificas comedesque ibi & epulaberis coram Domino Deo tuo. Hac illa hora Israelitæ cœperunt obligari & astringi ad pręcepta de polenta & de præputio, & de Neomenia. Illo tempore dixit Dominus ad Iosue, Fac tibi cultros acutos, vndecimo die Nisan. fecitque Iosue quod iusserat Dominus, & circuncidit filios Israel in colle præputiorum. Decimo quarto Nisan immolarunt Israelitæ agnos suos paschales, iuxta illud, Manserūtq; filij Israel in Galgal, & fecerūt Phase quarta decima die mensis ad vesperam in campestribus Iericho. Decimo sexto Nisan obtulerunt filij Israel manipulum. Nam sequitur, Et comederunt de frugibus terræ die altero. Post Pascha vigesimo secundo Nisan mandatum acceperunt de circumeunda Iericho. die deinde septimo diluculo consurgentes circumiuerunt vrbem, sicut dispositum fuerat, septies. Quem diem fuisse sabbati affirmat R. Iose. Bella Ierichuntis & Hay & Gabaonis facta sunt intra trimestre tertio die Tammuz. Dixitque Iosue coram vniuersó Israel. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Hailon. steteruntque sol & luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Quem diem tradit incurrisse in solstitium æstiuum Rabbi Iosi.

Vnde

ונטלו להם עוד מן הירדן י"ב אבנים : והניחום בגלגל
בקצה מזרח יריחו כיון שעלו מן הירדן באו להן אל
הר גריזים ואל הר עיבל שבשמרון שבצד שכם
שבאצל אלוני מורה שנאמר הלא המה בעבר הירדן
אחרי דרך מבוא השמש וגו' אמר ישראל ברכות
וקללות והסדירום על הסדר כמו שצוה אותם לאמ'
שאו לכם מזה בתוך הירדן ממצב רגלי הכהנים הכין
שתים עשרה אבנים והעברתם אותם עמכם וגו' ואת
שתים עשר' האבני' האלה אשר לקחו מן הירדן הקים
יהושע בגלגל ושדום בסיד וכתבו עליהם התורה
בשבעים לשונות שנאמר וכתבת עליהן את כל דברי
התורה הזאת באר היטב וזבחו שלמים ואכלו שם
שנאמר וזבחת שלמים ואכלת שם וגו' באותה שעה
נתחייבו ישראל בחלה ובערלה ובחדש בעת ההיא
אמר ה' אל יהושע באחד עשר בניסן ויעש לו יהושע
חרבות צורים וימל את בני ישראל אל גבעת הערלו':
בארבעה עשר בניסן שחטו ישראל את פסחיהן שנ'
ויחנו בני ישראל בגלגל ויעשו את הפסח וגו' בששה
עשר בניסן הקריבו בני ישראל את העומר שנ' ויאכלו
מעבור הארץ וגו' אחר הפסח בעשרים ושנים בניסן
וסבותם את העיר וגו' ויהי ביום השביעי וגו' רבי יוסי
אומר יום השבת היתה מלחמתה של יריחו ושל עי
ושל גבעון היו בתוך ג' חדשי' בשלשה בתמוז ויאמר
לעיני כל ישראל שמש בגבעון דום וירח בעמק אילון'
וידום השמש וגו' רבי יוסי אומר יום התקופה היה

Vnde colligimus principium mensis Nisan siue Martij illo anno fuisse diem æquinoctij verni. Caleb allocutus Iosue, Quadraginta & quinq; anni sunt (inquit) ex quo misit me Moses ad explorandam terram. Nunc autem hodie octoginta quinque annorum sum. Vnde licet colligere, septem annos Israelitas cõsumpsisse in subigenda terra Chanaan. (Secundo enim anno ab exitu ista ad explorandum missio contigit). Cæterùm si quæras, vnde liqueat, quòd septem alijs annis terram sortito diuiserint, priusquam inciperent numerare decimas, & annos remissionum & Iubileos: respondetur ex eo, quòd octingentis quinquaginta consederunt Israelitæ in sua terra ab eo die, quo in illam ingressi sunt, donec ex ea sint eiecti per integros & plenos Iubileos septẽdecim. Et quidẽ id declarat Ezechiel, vigesimo quinto anno (inquit) exilij nostri in exordio anni, decima mensis, quarto decimo anno postquam percussa est ciuitas, facta est super me manus Domini. Quod ipsi dictum est initio Iubilei. At, inquies, si septemdecim Iubilei pleni perfectique extiterunt, quo pacto redundarunt anni quatuordecim. Nempe quatuordecim hi anni sunt, quos transegerũt Israelitæ in Galgal, septem quibus subegerunt terram, & septem quibus eandem diuiserunt. Postea enim congregata est omnis multitudo Israel in Silo. Atque tum cœptum est numerare decimas, remissionis annos, Iubileos. Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas & Gadditas & dimidiã tribum Manasse, allocutusq; eos dimisit in sua tabernacula & benedixit eis. Illi autem ingressi terram suam, monimentum sui ædificarunt, altare admirabilis magnitudinis. Iosue agitauit cum eis annum remissionis primum. secundum non potuit absoluere, quia antè fato concessit. Ædes autem electa sita in Silo infernè ædificata erat structura lapidea, supernè habebat pelles & cortinas. Stetit trecentis sexaginta nouem annis, demũ in solitudinem est redacta.

Caput 12.

IOSVE rexit Israelem 28. annis. Posthæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini ætatis an. 110. sepelierũtq; eum in finib. possessionis suæ in Tamnath Sare, ad montẽ Ephraim. Eodẽ tempore mortuus est Eleazar, quia dicitur,

למדנו שר"ח של ניסן של אותה שנה הוא היה יום התקופה׳ כלב אמר ליהושע בן ארבעים שנה אנכי בשלח אותי משה וגו׳ ועתה הנה אנכי היו׳ בן חמש ושמני׳ שנה ׳ הא למדנו שז׳ שנים היו מכבשין ׳ ומניין ששבע שנים היו מחלקין עד שלא התחילו למנות למעשרו׳ ולשמיטי׳ וליובלות ששמנה מאות וחמשי׳ שנה עשו יש׳ על הארץ משנכנסו לה עד שיצאו ממנ׳ שהן שבעה עשר יובלות שלמין ׳ וכן הוא או׳ בעשרי׳ וחמש שנה לגלותנו בר"ה וגו׳ אימתי נאמר לו בתחלת היובל ואם שבעה עשר יובלו׳ שלמי׳ הן היאך הן יתירי׳ יד שנה אמור מעתה ארבעה עשר שנה שעשו ישרא׳ בגלגל הן שבע שכיבשו וז׳ שחילקו ואח׳ כך ויקהלו כל עדת בני ישראל שילה וגו׳ ׳באות׳ שעה התחילו למנו׳ למעשרו׳ ולשמיטי׳ וליובלו׳ ׳ אז יקרא יהושע לראובני ולגדי וגו׳ ויאמר אליהם וגו׳ וגם כי שלחם יהושע אל אהליה׳ ויברכ׳ בחזרתן בנו מזבח גדול למראה׳ יהושע עשה עמהם שמטה ראשונ׳ שנייה לא הספיק לגומר׳ עד שמת ׳ בית הבחירה שבשילה היה בנוי בנין של אבני׳ מלמטן ויריעות מלמעלן ועשו בו ישראל שלש מאות וששים ותשע שנה וחרב :

פרק יב

יהושע פירנס את ישראל עשרים ושמנה שנה׳ ויהי אחרי הדברים האלה וימת יהושע בן נון וגו׳ ויקברו אותו וגו׳ ׳ בו בפרק מת אלעזר שנאמר

Et Eleazar filius Aaron mortuus eſt &cæt. Seruiuitque Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue & ſeniorum, qui produxerunt dies poſt Ioſue, & qui nouerant omnia opera Domini, quæ fecerat in Iſrael. Vbi notandum literæ veritatem dicere, qui produxerunt dies, non item annos. Poſt Ioſuem Othoniel filius Cene z tenuit principatum annis quadraginta, ſed ab illis aufer octo annos, quibus ſeruierunt regi Cuſan Rishataim, cuius tempore extitit Michæ ſculptile. Nam ſcribitur, Et erexerunt ſibi filij Dan ſculptile & Ionathan filium Gerſon fili Moſis ac filios eius ſacerdotes poſuerunt in tribu Dan vſque ad diem captiuitatis ſuæ. Huius quoque diebus fuit concubina Gabaæ, vt ex Iudicũ hiſtoria apparet, ſtatim ſurrexit (inquit) & venit ad Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieruſalem, qui dixit, Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de filijs Iſrael, ſed tranſibo vſque ad Gabaa. Othonieli ſucceſſit Aiod filius Ghera octoginta annos. Subducendi hinc ſunt anni octodecim quibus ſeruierunt Egloni Moabitarum regi. Huius extremis diebus viguit, Sangar filius Anath.
Quin & Eglonis diebus accidit hiſtoria libri Ruth, quæ nupſerat filijs Elimelech, quod ſic demonſtrari poteſt. Naaſſon filius Aminadab mortuus anno ſecundo ab exitu Iſraelitarũ de Ægypto. Salmon eius filius fuit de ingredientibus terram, mortuuſque eſt poſt Ioſue, vt & tota illa ætas. Elimelech autem Salmonis erat frater. Poſt Aiod adminiſtrationem Reipublicæ ſuſceperunt Debora & Barac filius Abinoam quadraginta annis. vbi ſubduxeris duos annos, quibus oppreſſi ſunt Iſraelitæ à Iabin & Siſara. At anni ſeptem de quibus narratum eſt, feceruntque Iſraelitæ malum in oculis Domini, & tradidit eos Dominus in manum Madian ſeptem annis, pertinent ad Gedeonis tempora, qui dominatum tenuiſſe dicitur annis quadraginta. Regnauitque Abimelech ſuper Iſrael tribus annis. Poſt Abimelech ſurrexit dux in Iſrael Thola filius Phua patrui Abimelech & iudicauit Iſrael viginti & tribus annis. Poſt quem Iair Galaadites viginti duobus annis. Extrahe annum vnum qui vtrique fuit communis. Filij autem Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philiſtim & filiorum Ammon, & contriuerunt & confregerunt Iſrael &cæt. per

an-

ואלעזר בן אהרן מת וגו׳ ויעבדו בני ישראל את ה׳ וגו׳
אשר האריכו ימים ימים האריכו ולא שנים ואחריו
עתניאל בן קנז ארבעים שנה צא מהן שני שעבוד של
כושן רשעתים שמנה שנים בימי כושן רשעתים היה
פסלו של מיכה שנאמר ויקימו להם בני דן את הפסל
וגו׳ ובימיו היתה פילגש בגבעה ויקם וילך ויבא עד
נובח וגו׳ ויאמר אליו אדונינו וגו׳ ואחריו אהוד בן
גרא שמנים שנה צא מהם שני שעבוד עגלון מלך
מואב שמנה עשר שנה׳ בימיו היה שמגר בן ענת בסוף
ימיו׳ אותו הפרק בימי עגלון היה׳ ויהי בימי שפוט
השופטי׳ וגומ׳ ושם האיש אלימלך וגו׳ וימת אלימלך
וגו׳ ואומר אל בנותי וגו׳ ואומר בכל אשר יצאו יד ה׳
היתה בם׳ נחשון בן עמינדב מת בשנה השנית לצאת
בני ישראל מארץ מצרים׳ שלמון היה מבאי הארץ
ומת אחר יהושע וגם כל הדור ההוא׳ ואלימלך אחיו
של שלמון היה אחריו דבורה וברק בן אבינועם
ארבעים שנה צא מהן שני שעבוד ליבין וסיסרא ב׳
שנים ויעשו בני ישראל הרע בעיני ה׳ וימכרם ה׳ ביד
מדין שבע שנים׳ וארבעים שנה של גדעון ושבע שני
מדין לא עלו מתוכן׳ וישר אבימלך על ישראל וגו׳
ויקם אחרי אבימלך וגו׳ וישפוט את ישראל שלש
ועשרים שנה׳ אחריו יאיר הגלעדי שנים ועשרים
שנה׳ צא מהן שנה אחת שעלתה לזה ולזה׳ ויוסיפו
בני ישראל וגו׳ ויחר אף ה׳ בישראל וימכרם ביד
פלשתים וביד בני עמון וירעצו וירוצצו את ישראל

annos decem & octo, vsque ad secundum annum Iephte. Secundo anno Iephte regi filiorum Ammon nunciauit, Quando Israel habitauit in Hesebon & viculis eis & in Aroer & villis illius vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanē per trecentos annos, quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentasti. Principatum autem exercuit sex annos. Abesan de Bethlehem iudicauit septem annos, sed annus extrahendus est, vtpote ipsi & Iephte communis. Rursumque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philistinorū quadraginta annos. Viginti scilicet Iephte temporibus & alios viginti diebus Samsonis.

Caput 13.

HELI gubernauit Israelem annis quadraginta. Quo autem die interijt, Dominus deseruit tabernaculum Silo & repulit tentorium Ioseph, & dedit in captiuitatem fortitudinem suam. Fuitq; arca Domini in agro Philistinorum septem mensibus, & posthæc vocauerunt Philistim sacerdotes & diuinos dicentes, quid faciemus de arca Dei. Cumque eam remisissent venerunt viri Cariath Iearim & reduxerunt illam & intulerunt in domum Aminadab in Gabaa. Et factum est, ex quo die mansit arca Domini in Cariath Iearim multiplicati sunt dies. Erat quippe iam annus vigesimus. Quod si abstuleris septem illos annos quibus Dauid regnauit in Hebron super Iuda, supererunt tredecim, è quibus Samuel vndecim imperauit solus, & reliquos duos cum Saule. Initio autem istorum viginti annorum intulerunt tabernaculum fœderis siue conuentus in Nob. Et quamuis arca Domini esset in Cariath Iearim, offerebant tamen in Nob cunctis annis, tredecim primis & septem postremis in Gabaon. Expletis viginti annis extulit arcam Domini Dauid de Cariath Iearim in domum Obed Edom Gethei. Mansit autem arca Domini in domo Obed Edom Gethei 3. mensib. & ei benedixit Dominus & vniuersę domui eius. Vnde colligendū Obed Edom nō fuisse benedictū nisi ꝓpter Dei arcā. Filius vnius anni erat Saul cū regnare cœpisset, 2. aūt annis regnauit super Isr.

Nempe

וגו׳ י״ח שנה עד השנה השנית ליפתח ׳ ובשנה השנית ליפתח אמר למלך בני עמון בשבת ישראל בחשבון ובבנותיה ובערער ובבנותיה וכל העם וגו׳ ג׳ מאות שנה ולמה לא הצלתם בעת ההיא׳ עשה יפתח ו׳ שני׳ ׳ אבצן מבית לחם ז׳ שני׳ ׳ צא מהן א׳ שנה שעלתה לזה ולזה ויעשו בני ישראל הרע בעיני ה׳ וימכרם ביד פלשתי׳ מ׳ שנה עשרים שנה בימי יפתח ועשרים בימי שמשון :

פרק יג

עלי פרנס את ישראל ארבעים שנה ויום שמת בו עלי ויטוש משכן שילה וימאס באהל יוסף וגו׳ : ויתן לשבי עזו : ויהי ארון ה׳ בשדה פלשתים ז׳ חדשים ויקראו פלשתים וגו׳ ויבאו אנשי קרית יערים וגו׳ ויהי מיום שבת הארון וגו׳ צא מהן ז׳ שנים שמלך דוד בחברון על יהודה נשתיירו שם י״ג שנה : צא מהן י״א לשמואל בעצמו וב׳ לשמואל ושאול ׳ ויהי מיום שבת הארון וגו׳ : בתחילת אלו העשרים שנה הביאו את אהל מועד לנוב ׳ ואעפ״י שהי׳ ארון ה׳ בקרית יערי׳ בנוב היו מקריבין כל י״ג שנה וז׳ שנים בגבעון ׳ בסוף עשרים העלה דוד את ארון ה׳ מקרית יערים אל בית עובד אדום הגתי וישב ארון ה׳ בית עובד אדום הגתי ג׳ חדשי׳ וגו׳ הא למדנו שלא נתברך עובד אדום אלא בעבור ארון האלהים : בן שנה שאול במלכו וגו׳

Nempe quando Samuel dixit Sauli post illum in regem consecratum, Et descendes ante me in Galgala &c. Anno primo descendit & percussit Naas regem Ammonitarum atq; ab Israele vnctus fuit secunda vice. Descendit postea neque promissum seruauit, & dixit Samuel Sauli, Stultè egisti, quia non obediuisti &c. Tum certe vnctus est Dauid, dicente Domino ad Samuelem (sic enim memorat Scriptura) Vsquequo tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum ne regnet super Israel. Et paulo pòst, Tulit ergo Samuel cornu olei & vnxit Dauidem in medio fratrum eius. Porrò Dauid tum attigerat vigesimum nonum ætatis annũ. Non rectis autem oculis Saul eum aspiciebat à die illa & deinceps. Spiritus autem Domini recessit à Saul & exagitabat eum Spiritus nequam à Domino. Et directus est Spiritus Domini à die illa in Dauid & deinceps, Illo tempore destructa est Nob, & migrauit sibi in Gabaon. Vniuersi dies Samuelis videntis cõcluduntur annis quinquaginta duobus, maximè quoniam scriptum, Heli sacerdote sedente super sellam, &c. cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter & votum vouit &c. Illo enim temporis articulo in futurum iudicem destinatus est. Postea enim legitur Ipseq; iudicauit quadraginta annis. Ita supersunt anni tredecim, à quibus tollendus est annus concepti Samuelis. Vndecim autem quibus Samuel iudicis munere functus est & primus annus Saulis his quadraginta adiũcti quinquaginta duos perficiunt. Samuel moritur ante Saulis obitũ circiter quatuor menses. Scribitur enim, Fuit aũt numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philistinorum, quatuor mensium. Post quos consuluit Dauid Dominum dicens &c. Natus erat Isboseth 40. annos cùm regnare cœpisset super Israel, duobus annis regnauit in Ierusalem, &c. Sic constat regnum Israel quinque vacasse annis. Venerũt aũt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebrõ. Venerunt quoq; seniores, vnxeruntq; Dauid in regẽ super Israel, quæ postrema fuit vnctio. Filius 30. annorũ erat Dauid cum regnare cœpisset, & 40. annis regnauit.

Caput 14.

DAVID & seniores Israel & tribuni congregati sunt vt adducerent arcã Dei in medium tabernaculi quod tetenderat ei Dauid (in mõte Sion). Cũq; cõplesset Dauid offerẽs holo-

שמוא׳ אמ׳ לשאול בשעה שמשחו וירדת לפני הגלגל וגו׳ ירד שנה ראשונ׳ והכ׳ נחש העמוני ומשחוהו ישרא׳ שנייה ירד ולא שמר הבטחתו ויאמ׳ שמוא׳ אל שאול נסכלת כי לא שמעת וגו׳ ואותו הפרק נמשח דוד שנ׳ ויאמ׳ ה׳ אל שמוא׳ עד מתי וגו׳ ואחר כך ויקח שמוא׳ את קרן השמן וגו׳ והוא היה בן כ״ט שני׳: ויהי שאול עויין את דוד: ואומר ורוח ה׳ סרה מעם שאול׳ בו בפרק חרבה נוב ובאו להם לגבעון׳ כל ימיו של שמואל הרואה אינן אלא נ״ב: ועוד שנאמר ועלי הכהן ישב על הכסא וגו׳ והיא מרת נפש וגו׳ באותו הפרק נתמנה להיות שופט: ואומר והוא שפט את ישראל מ׳ שנה׳ נשתיירו י״ג שנה צא מהן שנה אחת לעיבורו וי״א שנה לשמואל ואחת שנה לשאול הרי נ״ב שנה׳ שמואל מת לפני מיתתו של שאול כארבעה חדש שנאמר ויהי מספר הימים אשר ישב דוד בשדה פלשתים ימים ארבעה חדשים: ויהי אחריכן וישאל דוד בה׳ לאמר וגו׳: בן ארבעים שנה איש בשת במלכו וגו׳ ושתי שנים מלך בירושלם וגו׳ נמצאת מלכות ישראל בטלה חמש שנים ויבואו כל זקני ישראל אל המלך חברונה׳ אותו הפרק נמשח עוד דוד: בן שלשים שנה דוד במלכו וארבעים שנה מלך:

פרק יד

ויהי דוד וזקני ישראל ושרי האלפים וגו׳ ויביאו את ארון האלהים וגו׳ ויכל דוד מהעלות

holocausta & pacifica & benedixit populo in nomine Domini exercituũ. Et partitus est vniuersæ multitudini Israel &c. Constituitq; coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent &c. In die illo fecit Dauid principem ad confitendum Domino Asaph & fratres eius. Mane dicebant, Confitemini Domino & inuocate nomen eius, & reliquum Psalmi vsq; ad hunc versum, Nolite tãgere christos meos &c. Inter duas vesperas cantabant sequentem psalmum, Cantate Domino omnis terra, ad finem vsque, & dicat omnis populus Amen & hymnum Deo. Atque ista quotidie per quadraginta tres annos in Sion ante arcam, quousque eam collocaret Salomon in æde fixa & immobili, quã ipse ædificauerat. Cùm fugit Dauid à facie Absalom filij sui pontificatum exercebat Abiathar, donec ascendens in montem oliuarum oraculum Vrim & Thumim apud ipsum consuluerit. At summotus est Abiathar pontificatu & in locum eius suffectus Sadoc. Reducta autem arca in locum suum, tabernaculum fœderis siue conuentus, quod fecerat Moses in deserto, itemque altare aheneum, quod perfecerat Besaleel, candelabrum, mensa, ignis diebus Mosis de cœlo lapsus, erant in excelsis in Gabaon &c. Et cum eis Heman & Iedithun canentes tuba &c. Quæ omnia ad hunc modum peregerunt cunctis quinquaginta annis in Gabaon, donec venirent in ædem Salomonis fixam & immotam: nempe à primo anno regni Dauidis vsque ad decimum vel vndecimum Salomonis, quo demum templũ absolutum dedicatumq; est. Expletis quadraginta annis dixit Absalom ad regem Dauid, Vadam & reddam vota mea, quæ voui Domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ &c. Hic autem annus incidit in 37. regni Dauid. Rabbi Nehorai nomine R. Iosuæ terminat hos 40. annos ad finem illius temporis, Postularunt Israelitæ regem. Nempe ad annũ 10. Samuelis videntis. Vnde colligis Salomonẽ, cùm regnare inciperet, fuisse annorũ 12. Nam quo tempore genitum Salomonem misit Dauid in manum Nathan prophetæ, factũ est vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret Amnon filius Dauid & deperiret eam valde. factum est autem post tempus biennij vt tonderentur oues Absalom in Balasor quæ est iuxta Ephraim, &c. Absalon autẽ cùm fugisset & venisset in Gessur fuit ibi trib. annis. En anni quinq;

Reuo-

העולה וגו׳ ויחלק לכל העם וגו׳ ויתן לפני ארון
ה׳ מן הלוים משרתים וגו׳ ביום ההוא אז נתן דוד
בראש וגו׳ בשחר היו אומרים הודו לה׳ קראו בשמו
וגו׳ עד אל תגעו במשיחי וגו׳ ובין הערביים היו אומרי׳
שירו לה׳ כל הארץ וגו׳ עד ואמר כל העם אמן
והלל לה׳ : וכך היו אומרים כל ארבעים ושלש
שנה בציון לפני הארון עד שהביאו שלמה לבית
העולמים : בברוח דוד מפני אבשלום בנו היה
אביתר עומד עד שעלה במעלה הזתים ושאל באורים
ותומים ונסתלק אביתר מן הכהונה גדולה ונכנס
צדוק תחתיו והחזירו את הארון למקומו אבל אהל
מועד שעשה משה במדבר ומזבח הנחשת שעשה
בצלאל ומנורה ושלחן ואש שירדה בימי משה היו
בבמה בגבעון ואת צדוק הכהן ואחיו הכהנים לפני
משכן ה׳ בבמה אשר בגבעון וגו׳ ועמהם הימן וגו׳ וכך
היו עושין כל חמשים שנה בגבעון עד שבאו לבית
העולמים : ויהי מקץ ארבעים שנה ויאמר אבשלום
וגו׳ כי נדר נדר עבדך וגו׳ היא שנת שלשים ושבע
למלכו׳ דוד׳ רבי נהוראי אומר משום רבי יהושע מקץ
ארבעים שנה לקץ ששאלו ישראל את המלוכה
היא שנה עשירית לשמואל הרואה מיכן אתה
מחשב שבן שנים עשר שנה היה שלמה במלכו׳
וישלח ביד נתן הנביא וגו׳ באותו הפרק ויהי אחריכן
ולאבשלום בן דוד וגו׳ ויהי לשנתים ימים וגו׳
ואבשלום ברח וגו׳ ויהי שם שלש שנים וגו׳ הרי חמש:

Reuocatus deinde Absalom, mansit in Ierusalem duobus annis & faciem Regis non vidit. En nunc septem. Facta est quoq; fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. Audis numerum annorũ decem. Iam vndecimũ accipe. Et lustrata (inquit) vniuersa terra affuerũt (destinati numerando viritim populo) post nouẽ menses & 20. dies in Ierusalẽ. Anno deniq; vltimo reformauit Dauid custodias sacerdotij & Leuitici ordinis, & ordinauit vniuersam religionis ædẽ, de quo & scriptum legitur, Quadragesimo anno regni Dauid recensiti & inuenti sunt viri fortiss. in Gazer Galaad &c.

Caput 15.

DIES aũt, quibus regnauit Dauid super Israel 40. anni sunt. factum est ergo 480. anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti in anno quarto mense Ziu, qui erat secundus mensis regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum Domino. Nam hæc summa sic facile potest ostendi. Scriptũ est in historia Iephte, Habitauit Israel in Hesebon & viculis eius & in Aroer, & villis illius vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos. A secundo autem anno Iephte, quousque ędificatũ est templũ sunt anni 140. Deinde 40. annis Israelitæ hæserunt in deserto. Qui anni in vnum collecti reddunt 480. In medio Iubilei ædificatum est templum anno 4. hebdomadæ. itemq; quarto regni Salomonis. Nam sic scriptũ, Cœpit aũt ædificare mense secundo anno quarto regni sui domum Domini. Et in anno vndecimo mense Bul, qui est octauus, perfecta est domus in omni opere suo & in vniuersis vtensilibus, ædificauitque eam septem annis, domum autẽ suam ædificauit annis tredecim. Tunc congregati sunt omnes maiores natu cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel ad regẽ Salomonẽ in Ierusalem, vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, i. de Sion. Cõuenitq; ad regẽ Salomonem vniuersus Israel in mense Ethanim in solenni die. Ipse est mensis septimus. Ex quib. intelligitur Deum nõ exhibere suæ præsentiã maiestatis, nisi in cõgregatione siue ecclesia. Hinc illud, Viditq; omnis populus & iubilarũt &c. Rursum, Propinquarũtq; omnis cõgregatio Israel & steterũt corã Domino &c. Sic in legis ꝓmulgatione scriptũ est, die 3. descẽdit dominus ob oculos totius populi sup mõtẽ Sinai. Itẽ de tẽplo fixo & Salomonis dicit.

Cum

וישב אבשלום בירושלם שנתים ימים ופני המלך לא ראה הרי שבע ויהי רעב בימי דוד שלש שני׳ הרי עשר: וישוטו בכל הארץ ויבואו מקצה תשעה חדשי׳ הרי י״א שנה׳ ובשנה האחרונה התקין דוד המלך משמרות כהונה ולויה והסדיר את כל הבית וכתיב בשנת הארבעים למלכות דוד נדרשו וגו׳:

פרק טו

והימים אשר מלך דוד על ישראל וגו׳ וא׳ ויהי בשמנים וארבע מאות שנה לצאת בני ישראל מארץ מצרים בשנה הרביעית וגו׳׳ ובשנה השנית ליפתח אמר למלך בני עמון בשבת ישראל בחשבון ובבנותיה וגו׳ שלש מאות שנה וגו׳ ומן השנה השנית ליפתח ועד שנבנה הבית מאה וארבעים שנה: ומ׳ שנה שהיו ישרא׳ במדבר הרי ארבע מאות ושמוני׳ שנה: בחצי היובל נבנה הבית בשנה הרביעית בשבוע וכן לשלמה שנ׳ ובשנה הרביעית יסד בית ה׳ בירח זיו׳ ובשנת הי״א בירח בול הוא החדש השמיני וגו׳ ואת ביתו בנה שלמה י״ג שנה אז יקהל שלמה את זקני ישראל וגו׳ ויקהלו אל המלך שלמה כל איש ישראל מלמד שאין השכינה שורה אלא בהקהל וכן הוא או׳ וירא כל העם וירונו וגו׳ ואו׳ ויקרבו כל העדה ויעמדו לפני ה׳ ובמתן תורה הוא או׳ כי ביום השלישי ירד ה׳ לעיני כל העם על הר סיני: ובבית העולמים הוא או׳

וככלות

Cùm desijsset Salomon orare, ignis descendit de cœlo, omnibus filijs Israel cernentibus. Atq; de illa tempestate intelligitur illud Salomonis. Egredimini filiæ Sion & videte. &c. In die, inquam, desponsationis, i. die octauo post septem consecrationum. Et in die lætitiæ cordis eius, i. in die templi completi & absoluti. Dilexit verò Salomon Dominum, adeò vt ambularit in statutis Dauid annos 4. priusquam inciperet templum construere. At postquam cœpit ædificare templum, filiam Pharaonis coniugio acceptam introduxit in ciuitatem Dauid. Eo ipso momento Et Adad audiuit in Ægypto &c. Et fuit hostis &c. fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalē, quanta & lapidū. Educebat equos de Ægypto &c. Et ascēdit & exijt &c. Adamauit mulieres alienigenas multas, &c. vt licuerit dicere illud Ieremiæ, Quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die quo ędificarūt eam vsq; ad diem istā &c. Interea sub senium Salomon prope mortē Spiritū sanctum habuit inhabitantem & dictauit libros istos, Prouerbia, Canticum canticorum, & Ecclesiastem. Ahia autē locutus est ad Hieroboam nomine Domini. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi & ambulaueris in vijs meis sicut fecit Dauid seruus meus, ero tecum & ædificabo tibi domum fidelem, & tradam tibi Israel, sicut ædificaui Dauidi domum. Nempe quemadmodum dedit Dauidi regnum triginta & sex annorum super Israel, ipsimet Dauidi videlicet triginta trium annorum, (tandiu enim regnauit in Ierusalem super vniuersum Israel præter alios septem, quibus in Hebron rex fuit solius tribus Iuda) Salomoni verò filio eius regnum annorum trium: ad hunc profectò modum si Ieroboam filius Nebat meruisset, habuisset sibi regnum Israel per triginta tres annos & filio per tres. Vnde subiungitur in Regib. Et affligā semē Dauid super hoc, veruntamē non cunctis diebus. vbi illud, Super hoc, refertur ad 36. annos, quibus affinitate coniunctus fuit Pharaoni Ægyptio, &, (Verūtamen non cunctis dieb.) ad Asam, quem Dominus liquidò sciebat altaria peregrini cultus & excelsa subuersurum.

Caput 16.

REGNAVIT Salomon in Israel 40. annis. Roboam filius eius 17. Abia filius eius tribus. Anno aūt vigesimo Iero-

וככלות שלמה להתפלל והאש ירדה וגו׳ וכל בני ישראל רואים ברדת וגו׳ ועל אותה שעה הוא או׳ צאינה וראינה וגו׳ : ביום חתונתו ביום ח׳ שלאחר ז׳ ימי המילואים וביו׳ שמחת לבו ביום נגמר בית העולמי׳ : ויאהב שלמה את ה׳ ללכת בחוקות דוד ד׳ שנים עד שלא התחיל לבנו׳ את הבית ׳ אבל משהתחיל לבנות את הבית ויקח את בת פרעה ויביאה אל עיר דוד באותו הפרק והדד שמע במצרי׳ וגו׳ ויהי שטן וגו׳ ויתן המלך את הכסף בירושלם כאבנים וגו׳ ומוצא הסוסי׳ וגו׳ ותעלה ותצא וגו׳ והמלך שלמה אהב וגו׳ שתימצי לומר כי על אפי ועל חמתי וגו׳ . אבל לעת זקנ׳ שלמה סמוך למיתתו שרתה עליו רוח הקודש ואמר שלמה ספרים הללו משלי שיר השירים קהלת ׳ אחיה אמר לירבעם והיה אם תשמע וגו׳ ומה בנה לדוד נתן לו מלכות שלשים ושש שנה על ישראל לו לג׳׳ ולבנו ג׳ ואילו זכה ירבעם בן נבט היתה מלכות ישר׳ מסתיימת בידו לו לג׳׳ ולבנו ג׳ ׳ וכן הוא אומ׳ ואענה את זרע דוד מה ת׳׳ל למען זאת אלא כנגד לו׳׳ שנה שנתחתן שלמ׳ בפרעה מלך מצרים ומה תלמוד לומר אך לא כל הימים כבר גלוי לפניו שאסא עומד לקלקל :

פרק יו

והימים אשר מלך שלמה על ישרא׳ מ׳ שנה׳ רחבעם בנו י׳׳ד שנה אביה בנו ג׳ שנים ׳ ובשנת ב׳ לירבעם

Ieroboam filij Nebat, quadraginta & vnius annorum erat Roboam, cùm regnare inciperet, regnauit autem septēdecim annis in Ierusalem. Vnde Dauid auus illum non vidit nisi annum vnum. Obseruauit autem legem ipse & filij eius tribus annis. Quarto verò rebellarūt, vt locus iste indicat, Quia ambularunt in vijs Dauid & Salomonis annis tantùm tribus, & quarto præuaricati sunt, vt alter ostendit. Cùm roboratum fuisset (inquit) regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem Domini & omnis Israel cum eo, Quin etiam cynœdi erant in terra. Anno autem quinto regni eius Sesac rex Ægypti ascendit in Ierusalem, quia peccauerat Domino, cum mille ducentis curribus & sexaginta millibus equitum & sustulit thesauros domus Domini, &c. Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam & cepit ciuitates eius Bethel & filias eius & Hiesana cum filiabus eius. Ephron quoque & filias eius. Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in diebus Abia. quem percussit Dominus & mortuus est. Nec verò facilè intelligis vtrum Dominus percusserit, Abiamne an Ieroboam. Sed de Abia est accipiendum, vt quem Ieroboam sepelierit. Verùm cur non percussit Ieroboam sed Abiam? Quoniam subsistens ad montem Samariæ, qui erat in Ephraim exprobrans Israeli, dicensque, Habetis vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos, & quæ illic sequūtur Abiæ verba ad Israelis exercitum. Sat habuit capere Bethel filiasque eius, vnde quoniam conspectum vitulum aureum missum fecit nec substulit vel fregit, ideo à Domino percussus est. Asa regnauit quadraginta vno annis. Eius imperio quieuit terra decem annis. Decimo quinto regni anno venit Zarah Æthiops & Asæ restituit vniuersam prædam, quam exportauerat Sesac rex Ægypti de Ierusalem, cepitque eam Asa anno illo.i.anno 35.a Salomonis morte, quando suscitauit ei Deus aduersarium Razin, filiū Eliadæ. Ieroboam rexit Israelē 22.duob.annis, Nadab filius eius duob. Anno tertio Asæ regis Iuda regnum Israelis suscepit Baasa filius Achiæ per 22.annos. Anno 36.regni Asæ ascendit Baasa Israelis rex contra Ierusalē. Hæc quidem habet Scriptura. At fortasse dices, Nonne Asa Baasam sepeliuit anno regni sui 26? Quì ista possunt cōciliari? Nempe triginta sex anni isti dicuntur respectu 36.annorū, quibus Salomon coniugio filiæ Pharaonis Ægypti regis potitus est, itemque respectu 36.

לירבעם בן אסא כי בן מ"א שנה רחבעם במלכו וי"ז
שנה מלך בירושלם הוי כמה ראהו דוד שנה אחת
ועשה את התורה הוא ובניו שנים שלש וברביעית
מרדו שנאמר כי הלכו בדרך דוד ושלמ' שנים שלש
וברביעי' מרדו במקו' שנאמ' ויהי בהכין מלכו' רחבעם
ובחזקתו עזב את ה' וגו' וגם קדש היה בארץ וגו' ויהי
בשנה החמישית למלך רחבעם עלה שישק וגו' באלף
ומאה כי מעלו בה' וגו' ויקח את אוצרו' בית ה' וגו' וירדף
אביה אחרי ירבעם וגו' ולא עצר כח ירבע' וגו' ואין את'
יודע מי הוא שנגפו אמור הרי ירבעם קבר את אביה
ומפני מה לא נגפו המלך מפני שהיה עומד ומחסד
את ישראל ואומר להם ועמכם עגלי זהב אשר
עליכם וגו' והוא אז לכד את ביתאל וראה את עגל
הזהב והניחו לפיכך נגפו הקב"ה' אסא מלך ארבעים
ואחת שנה' בימיו שקטה הארץ עשר שנים: בשנת
חמש עשרה לאסא בא זרח הכושי והחזיר לאסא את
כל הבזה אשר בזז שישק מלך מצרי' מירושלם ונטלה
אסא היא שנת לה" לשלמה משמת ויקם ה' שטן ליש'
את רצין בן אלידע' ירבע' מלך כ"ב שנה נדב בנו שתי
שנים' בשנת שלש לאסא מלך יהודה מלך בעשא
בן אחיה על ישראל כ"ב שנה: בשנת שלשים ושש
למלכו' אסא עלה בעשא מלך ישראל על ירושלם וגו'
איפשר לומר כן והלא אסא קבר את בעשא בשנת כ"ו
למלכותו ומה תלמוד לומר לאסא כנגד לו" שנה
שנתחתן שלמה בבת פרעה מלך מצרים וכנגד לו'

שנה

annorum, quibus decretum est, vt regnum Dauidicæ familiæ diuideretur, & ad extremum redintegraretur. Denique respectu 36. annorum, quibus decretum fuit, de regibus Syriæ vt essent aduersarij Israeli, tandéq; manu & potētia domus Dauidicæ cōciderēt. Ideo enim sic dictum est, Anno tricesimo sexto regni Asa ascendit Baasa &c. Id est, anno 16. Asæ postquam manu ipsius cæsus est Zara Æthiopum rex. Nam hic annus est trigesimus sextus à morte Salomonis. Tumque hoc ipso temporis articulo pepigerunt fœdus reges Israel & Syriæ, vt ascenderent contra Asam, commissoque prælio perderent. Protulit autem Asa argentum & aurū de thesauris domus Domini, misitq; ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco dicens, Fœdus inter me & te est. Quo comperto Benadad misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel, qui percusserunt Ahion & Dan & vniuersas vrbes Nephtalim muratas. Quod cùm audijsset Baasa, desijt ædificare Rama & intermisit opus suum. In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda & dixit ei. Nónne Æthiopes & Lybes multo plures erant, quos, quia in Domino credidisses, tradidit in manu tua. Nec destiterunt reges Syriæ esse hostes Israelis vsque ad Achaz mortem, cuius diebus fœdus agitarunt cum regibus Israel, vt iunctis copijs ascenderent & prçliaretur cōtra Achaz. Cūq; nihil haberet iustitię & meriti Achaz, cuius causa vtriq; armis Iuda cęderētur, cōciderunt ambo manu Teglath Phalassar Assyriorū monarchæ.

Caput 17.

BAASA rexit Israelē 24. annis. Ela filius eius duob. Ita liquet Asam sepelijsse Elam anno regni sui 27. Zamri interfecit Elam regnauitq; post illum 7. dies in Tarsa, porrò exercitus obsidebat Gebbethon vrbē Philistinorū. Cumq; audisset populus Israel rebellasse Zamri & occidisse regē, tunc diuisus est in duas partes. Media pars populi sequebatur Tebni filiū Gineth, vt cōstitueret eum regē & media pars Amri &c. Durauit aūt istiusmodi contentio annis 40. vsq; ad annū 31. Asæ. Tū. n. mero dominatu regnare cœpit Amri, prçualuitq; populus, q ipsius partes sequebatur. Amri. n. postq ipsius filiā Asa accepit vxorē filio suo Iosaphat Tibni cōpetitorē occidit. Regnauitq; Amri in solidū an. 12. (cōnumeratis annis discordiæ 4.) vsq; ad 38. Asę. Anno 38.

Asæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108876-p0068-2

שנה שנגזרה על מלכות בית דוד שתחלק ובאחרונה
עתידה שתחזור להם : וכנגד לו״ שנה שנגזרה למלכי
ארם להיות שטן לישראל ובאחרונה יפלו ביד בית דוד
לכך נאמר בשנת שלשים ושש למלכות אסא בשנת
שש עשרה לאסא מאחר שנפל בידו זרח הכושי הי״א
שנת לו״ שנה לשלמה משמת באות׳ שעה כרתו ברית
מלך ישראל ומלך ארם לעלות ולהתגרות באסא
וקלקל אסא ׳ ויוצא אסא כסף וזהב וגו׳ ברית ביני
ובינך וגו׳ וישמע בן הדד וגו׳ ׳ ויהי כשמוע בעשא
ויחדל וגו׳ ובעת ההיא בא חנני וגו׳ הלא הכושים
והלובים וגו׳ כי ה׳ וגו׳ ולא זזו למלכי ארם להיות
סוטנים לישראל עד מות אחז ובימי אחז כרתו ברית
מלך ישראל ומלך ארם לעלות ולהתגרות עם אחז
ולא היתה זכות ביד אחז שיפלו בידו ונפלו שניהם ביד
תגלת פלאסר מלך אשור :

פרק יז

בעשא מלך כ״ד שנה ׳ אלה בנו שתי שנים ׳ נמצא
אסא קבר את ט״ה בשנת כ״ז שנה למלכותו :
זמרי הרג את אלה ומלך אחריו ז׳ ימי׳ בתרצה ׳ וישמע
העם החונים לאמר וגו׳ אז יחלק העם לישראל וגו׳
כמה היתה מחלוקת זו מ׳ שנה׳ בשנת לא״ לאסא מלך
עמרי מלכו׳ שלימה ויחזק העם וגו׳ ומפני מה הרגו את
תבני כיון שנשא אסא בתו של עמרי ליהושפט בנו
לאש׳ הרגו את תבני עמרי מלך י״ב שנה בשנ׳ לה״ שנה

